INCIPIT EXPOSITIO FIDEI NICHENAE VEL SYNODICAE DISCIPLINAE ET NOMINA EPISCOPORVM CCCXVIII (pp 107, 109) Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium factorem: et in unum Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, qui natus est ex Patre unigenitus hoc est de substantia Patris, Deum ex Deo lumen ex lumine Deum uerum ex Deo uero, natum non factum, homousion hoc est eiusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt quae in caelo et quae in terra sunt; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est et homo factus passus est et resurrexit tertia die, ascendit ad caelos, unde uenturus est iudicare uiuos et mortuos: et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, et Priusquam nasceretur non erat, et quia Ex nullis subsistentibus factus est aut Ex alia substantia uel essentia dicunt esse τρεπτόν, hoc est conuertibilem aut mutabilem, Filium Dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

Haec est fides quam exposuerunt patres primum quidem aduersus Atrium blasphemantem et dicentem creaturam Filium Dei et aduersum omnem heresem extollentem se et insurgentem contra catholicam et apostolicam ecclesiam, quam cum auctoribus suis damnauerunt apud Niceam ciuitatem supradictam CCCXVIII episcopi in unum congregati, quorum nomina cum prouinciis et ciuitatibus subter adnexa sunt: sed studiosi serui Dei magis curauerunt orientalium nomina episcoporum conscribere, propterea quod occidentales non similiter questionem de heresibus habuissent (p 110).

Osius episcopus Cordubensis dixit: Sic credo quemadmodum dictum est.

Biton [uel Victor] et Vincentius praesbyteri Romani pro uenerabili uiro papa et episcopo nostro sancto Siluestro subscripsimus: ita credentes sicut supra scriptum est.

Alexander alexandriae aegypti thebaidis.

Tyrannus antinoi.

[cetera nomina inuenies supra, pp 39-91]

Bosfori: Cadamnus bosforensis.

Cum conuenisset sanctum et magnum concilium apud Niciam Bithiniae statuta sunt quae infra scripta sunt. et

placuit ut haec omnia mitterentur ad episcopum urbis Romae Siluestrum [*uel* Siluestrium]. facta est autem synodus Constantino Augusto et Licinio consulibus xiii kal: iul: (p 173)

II De excisis. Si quis per aegritudinem a medicis sectus est uel a barbaris castratus est, iste permaneat in clero. quod si quis semetipsum sanus abscidit, hic etiam etsi est in clero cessare debet; et ex hoc nullum talem oportet ordinari. sicut ergo de his qui affectauerunt uel ausi sunt se ipsos abscidere haec quae diximus statuta sunt; ita si quis uel a barbaris uel a dominis suis eunuchi facti sunt, et probabilis uitae sunt, tales hos suscipit ecclesiastica regula.

III De neophitis neque praesbyteros neque episcopos faciendis. Quoniam multa siue per necessitatem siue alias cogentibus hominibus contra regulam ecclesiasticam gesta sunt, ita ut homines ex uita gentili nuper adhuc accedentes ad fidem et qui paruo tempore catacizati uel instructi statim ad spiritalem baptismum uenerint, et continuo ut baptizati fuerint etiam ad episcopatum uel praesbyterium prouehantur; rectum esse uisum est de cetero nihil tale fieri. nam et tempore opus est ut sit cathecuminus, et post baptismum multa probatione indiget; euidens namque est apostolicum praeceptum dicens NON NEOPHITVM NE ELATVS IN IVDICIUM INCIDAT ET LAQVEVM DIABOLI. si uero praecedente tempore quod animae noceat peccatum inuentum fuerit in ea persona et conuincitur duobus uel tribus testibus, cessabit a clero qui eiusmodi est.

III De uindicta eorum qui contra canones fecerint. Si quis uero praeter haec facit, tamquam contraria statutis sanctis huius concilii gerens, etiam ipse de statu sui ordinis periclitabitur.

V De synodocis actis uero omnimodis interdicuntur sancta synodus, et neque episcopo neque praesbytero neque diacono neque ulli omnino clericorum permittit habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater sit aut soror aut amita, in his namque personis et horum similibus omnis suspicio declinatur. qui aliter praeter haec agit periclitabitur de clero suo.

VI De episcopis a conprouincialibus ordinandis. Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui sunt in prouincia episcopis ordinari. si uero hoc difficile fuerit, siue urgente necessitate siue itineris longitudine, certe omnimodo tres episcopi in unum debent esse congregati, ita ut etiam ceterorum absentium consensum et sententias per litteras teneant, et ita faciant ordinationem.

VII De potestate metropolitani. Potestas sane uel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum.

VIII De his qui excommunicantur ab episcopis suis, siue clericis siue laicis, ab episcopis suis per suas quasque prouincias, seruetur ista sententia secundum canonem ut hii qui ab aliis excommunicantur ab aliis non recipiantur. requiratur sane ne forte quis pro aliqua indignatione animi aut contentione aut qualibet tali commotione stomachantis episcopi abiecti sunt.

VIII De synodo bis in anno per unamquamque prouinciam celebranda. Vt ergo haec digna possint examinatione perquiri [et] rectum esse uisum est per singulos annos in singulis quibusque prouinciis bis in anno episcoporum concilia fieri; ut simul in unum conuenientes episcopi ex uniuersas prouincias [*uel* ex uniuersis prouinciis] huiusmodi examinent quaestiones, et ita demum hii qui ob culpas suas episcoporum suorum offensam merito contraxerunt digne etiam a ceteris episcopis excommunicati sint, usquequo in communionem omnibus aut ipsi episcopo suo placeat humaniorem circa eos ferre sententiam. fiant autem concilia, semel quidem ante dies quadragesimae, ut omnibus si quae sunt simultatibus amputatis mundum Deo sollemne munus possit offerri; secundo uero fiat circa tempus autumnii.

X De primatu ecclesiae Romanae. Ecclesia Romana semper habuit primatum. teneat autem et Aegyptus Libiae et Pentapoli, ita ut episcopus Alexandriae harum omnium habeat potestatem, quoniam et Romano episcopo haec est consuetudo. similiter autem et qui in Anthiopia [*uel* in Anthiopiae] constitutus est: itaque et in ceteris prouinciis priuilegia salua sint ecclesiarum.

XI De infirmanda ordinatione quae sine metropolitani consensu fit. Per omnia autem manifestum sit hoc quod si quis praeter uoluntatem metropolitani episcopus fuerit ordinatus, hunc statuit haec sancta synodus non debere esse episcopum.

XII De sequendo maiore numero cum de ordinatione contenditur. Sane si communi[m]n[i]um consensu rationabiliter habito, et secundum ecclesiasticam regulam facto decreto, duo aliqui aut tres per contentionem suam contradixerint, obtineat sententia plurimorum.

XIII De honore Hierusolimitani episcopi. Quoniam mos antiquus obtinuit et uetusta traditio ut Heliae id est Hierusolimitarum episcopo deferatur, habeat consequenter honorem suum: sed metropolitano sua dignitas salua sit.

XIII De his qui mundi dicuntur quo genere recipiendi sint. De his qui se ipsos Catharos (id est mundos) uocant, si qui ueniant ad ecclesiam catholicam, placuit sancto concilio ut ordinentur et sic maneant in clero. ante omnia uero hoc eos per scripturam conuenit profiteri, ut fateantur se cum omni consensu obseruatuos catholicae et apostolicae ecclesiae statuta, id est communicatuos se his qui forte secundas nuptias experti sunt uel his qui persecutionis tempore lapsi sunt, quibus tamen paenitentiae modus et tempus adscriptum est: ut in omnibus sequantur ea quae in catholica et apostolica obseruantur ecclesia. sicubi igitur uel in uicis uel in urbibus soli ipsi reperti fuerint ordinati, hii qui inueniuntur in clero in eodem permaneant. si uero episcopus uel praesbyter catholicae ecclesiae fuerit ad quem aliqui ex his accedunt, certum est quod episcopus ecclesiae habeat suam dignitatem, similiter et praesbyter et diaconus debent: hii uero qui ab istis [*uel* ab istos] ueniunt, si forte episcopus fuerit habeat praesbyterii dignitatem, nisi forte placeat episcopo catholico concedere ei etiam episcopalis nominis honorem; si uero non placuerit, inueniat ei locum ut sit in parrochia corepiscopus aut praesbyter, dummodo permanere uideatur in clero, et ne in una ciuitate duo sint episcopi.

XV De his qui inexaminati ordinantur. Si qui sine examinatione prouecti praesbyteri et post examinati confessi fuerint peccata sua, et, cum confessi fuerint, contra regulam uenientes homines manus eis temere inposuerunt [*uel* inposuerint]; hos ecclesiasticus ordo non recipit. in omnibus enim quod inreprehensibile est catholica defendit ecclesia.

XVI De lapsis ordinatis. Quicumque ex his qui lapsi sunt et per ignorantiam ordinati sunt uel contemptum eorum qui eos ordinauerunt, hoc non praecudat ecclesiasticae regulae; cum enim conpertum fuerit, deponatur.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



CONCILIVM NICAENVM

XI

FRAGMENTVM FRISINGENSE

F Codex Frisingensis nunc Monacensis lat. 6243: saec. viii

[fol. 5 *a*

D Codex Diessensis nunc Monacensis lat. 5508: saec. ix

[fol. 12 *a*

Edidit primus Maassen Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande (*Gratz*, A. D. 1870) *p* 921

INCIPIIT NICENVM CONCILIVM

[1] De episcopis cuiuslibet ciuitatis, ut non se transferant de ciuitate ad ciuitatem uel [de] ecclesia sua in alia; et qui transire debeant.

Vt episcopi cuiuslibet ciuitatis non se transferant de ciuitate in ciuitate aut de ecclesia in ecclesia: quod si se permiserint ad transmi-
5 grandum, deducatur in irritum uoluntas eorum qui contra regulam iustam agunt. perseueret autem

episcopus in suam ecclesiam ubi primum ordinatus est.

10 sunt quidam qui timore Dei non agunt. habeant uero plebem creditam sibi; et cum nulla interdum necessitas perurguet, agant quod habent agere et reuertantur ad
15 obilia sua: quod si illis non placuerit redire ad suas, uacabunt. praesbiter, si aduersus se is conpulsum aliquid habet ut dimittatur ecclesia in qua ordinatus est, non communicet in
20 extera ecclesia.

F *D* In orthographicis codicem *F* secutus sum

INC̄ NICEN̄V CONCIL̄ *F* INC̄PT̄ NICEN̄ CONCIL̄

D

1 numerum om codd transferat *F* de *D*:

om *F*

10. timore *scripsi*: timori *F* in timore *D*

12. nullae *D*

16. uacabunt *scripsi*:

uacabit *codd*

praesb̄ *F*

17. se is

scripsi: eis *codd*

XI (Interpretatio codicis Frisingensis)

II De his qui mansuetudinem episcopi contempserint.

Si contemptor uisus fuerit mansuetudinem episcopi et non grauatus ab episcopo suo recesserit, manus inpositio super eum quae
5 posita est non ualebit.

III Si quis ad ordinem ecclesiae quolibet gradu pertinens usuras acciperit.

Quoniam plurimi de ecclesiasticis ignorantes regulam ecclesiasticam *turpilucris et auaritia* pleni, obliti diuinas scribturas eo quod sit scrib-
5 tum QVI PECVNIAM SVAM NON DEDIT AD VSVRAM, fenerantes quisque qui petunt usuras; *iuste* iudicat sancta synodus ut, si quis inuentus fuerit post hanc statutam accipiens
10 usuras emittendo cautionem uel aliter argumentando cupiditatis auaritia gratia, hi qui ordine ecclesiae esse uidentur degradandi sunt de ordine ecclesiastico.

III Vt diacono non liceat eucharistiam sanctam praesbitero dare.

Perlatum est autem ad sanctam synodum, in quibusdam locis ciuitatibusque praesbiteris eucharistiam sanctam diaconi dant. hoc regula
5 non admittit neque consuetudo tradedit, ut quibus agere non licet dent: dent autem qui agunt HOC EST CORPVS Christi.

V De diaconos qui prius ab episcopis eucharistiam sumunt uel tangunt.

Sed et illud peruenit quoniam quidam de diaconibus prius quam episcopi eucharistiam sumunt uel tangunt. tollenda sunt itaque haec
5 omnia; unde debent diaconi locos suos agnoscere, et quod sint ministri quidem episcopi, in inferiori uero gradu, quia praesbiter sacerdos est Dei. accedant autem secundum

II 5. ualebit: + turpi *codd*, quam uocem in l 3 canonis sequentis transponendam esse duxi

III gradu *scripsi*: gradum *codd* accipiunt D 3. *turpilucris scripsi*, cf quae adnotauit ad can xvii l 13 Prisc (p 137 supra): *lucris codd*, sed habent turpi ad finem canonis praecedentis et *scripsi cum Gr kai: om codd* 4. diuini D 6. quisque qui *codd*: quasi graece legatur *ἕκαστος ὄς pro ἑκατοστάς* 7. iuste iudicat *scripsi* (*Gr ἐδικαίωσεν*): unde iudicat *codd* 10. emittendo cautionem: uide quae de hoc canone disputauit pp 151 152 supra 12. hi Maassen: his *codd* 13. degradandi D

III diacon D eucharistiam (*tit et 3*) D F D
3. prbis F 5. admittit *scripsi*: admittet *codd* 6. ut quibus usque ad Christi: scilicet 'diaconi quibus agere non licet, non dent: dent autem praesbyteri, qui soli uerba Christi HOC EST CORPVS MEVM recitant et ita sacrificium missae agunt'
7. agunt *scripsi*: agent *codd*
v episc *codd* 2. quidam *scripsit* Maassen: quidem *codd* 5. diaconi in ras F (itaq; F*?: corr m p) 8. prbt F

XI (Interpretatio codicis Frisingensis)

10 praesbiterorum ordinem ad eucharistiam, id est post praesbiteros; sic autem ut aut episcopi aut praesbiteri communicent.

VI Vt non liceat diaconibus in medio sedere praesbiterorum.

Sed nec sedere debent diaconi in medio praesbiterorum loco sacerdotali; contra regula enim fit ecclesiasticae disciplinae. quod si quis 5 statutis nostris oboedire noluerit, secedet de ordine diaconii.

VII De Samositanis Pauli qui conuertuntur.

De hereticis, hoc est Samositenis Pauli, si conuerti uoluerint ad ecclesiam catholicam, statuimus ut ante omnia baptizentur.

VIII Si quis Samositanus in ordine ecclesiastico apud eos agnitus fuerit.

Si quis uero eorum qui in ordine ecclesiastico apud eos agnitus fuerit, etiam si sit inreprehensibilis, manus ei inpositio ponenda est, id 5 est ab episcopis ecclesiae catholicae. si autem aliqua causa eos inuenerit, degradandi sunt.

VIII De Samositenis qui in regula ecclesiastica apud eos fuerint.

Idem quoque de diaconibus et omnibus qui sunt apud eos in regula ecclesiastica, in eo formata custodienda est.

X De diaconissas et cultu earum.

Commemorati sumus de diaconissas eo quod in cultu diaconorum sic et istac manus inpositionem accipiunt et sic habentur ac si diaconi. praecepimus ergo ut omnino 5 inter laicos habeantur et procedant regula ecclesiastica.

F D 10. praesbiterorum *codd*: sed fortasse omittendum cum Gr κατὰ τὴν τάξιν 12. episcopi aut praesbiteri *scripsi*, cf Gr: epis aut prbis F episcopis aut praesbiteris D 13. communicent *scilicet* 'sacramentum impertiant,' cf *Sacr. Gelasianum* III 52 (ed H. A. Wilson p 267) 'Post haec dicis Pax uobiscum, et sic eos comunicas' VI praesbiterorum *scripsi*: praesbt̄ F praesbiteri D 1. diacon̄ F VII 2. uoluerit D*

VIII 2. agnitus F: inuentus D 3. si sit *scripsi*: sit *codd* inreprehensibiles F 6. eos: excidit fortasse inutiles uel aliquid eiusmodi, cf Gr ἀνεπιτηδείους VIII qui in: in ras F 1. Idem *codd*: fortasse legendum Item cum Gr ὡσαύτως X earum D: eorum F *Sequitur apud F canonum Sardicensium compendium* (xi-xxxii): nihil amplius habet D

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ECCLESIA OCCIDENTALIS
MONVMENTA IVRIS ANTIQVISSIMA

LONDINI ET NOVI EBORACI



APVD HENRICVM FROWDE, A.M.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



OXONII

Excudebat HORATIUS HART, A.M.

Typographus academicus

CANONES ET CONCILIA GRAECA
AB ANTIQVIS INTERPRETIBVS LATINE REDDITA
TOMI PRIORIS FASCICVLVS ALTER

PARS PRIMA

CONCILIVM NICAENVM
APPENDICES AD SYMBOLVM PERTINENTES

SCILICET

APPENDIX VIII
TOMVS DAMASI PAPAE

APPENDIX IX
SYMBOLI INTERPRETATIONES

APPENDIX X
COMMENTARII IN SYMBOLVM

PRAEFATIO

I. Elenchus rerum quae in hac parte continentur.

CONCILIVM NICAENVM, SCILICET

APPENDIX VIII: CONCILIVM SVB DAMASO PAPA ANNO
POST CHRISTVM CIRCITER 379 ROMAE HABITVM
SIVE TOMVS OCCIDENTALIVM p 281

APPENDIX IX: SYMBOLI INTERPRETATIONES NON
MINVS VIGINTI p 297

I–XII E CONCILIIIS SIVE SCRIPTORIBVS SIVE CODICIBVS LATINIS p 298

XIII–XX E CONCILIIIS SIVE SCRIPTORIBVS GRAECIS LATINE
VERSIS p 308

Index uocabulorum in Symbolo latine reddendo
adhibitorum p 320

Adnotatiunculae nonnullae de indole interpretationum p 325

APPENDIX X: COMMENTARII IN SYMBOLVM

COMMENTARIVS IN SYMBOLVM HACTENVS INEDITVS ANNO
CIRCITER 380 VT VIDETVR SCRIPTVS p 329

Indices locorum s. Scripturae, nominum propriorum,
uerborum et locutionum p 347

COMMENTARIVS ALTER IN SYMBOLVM (SEV POTIVS IN TOMVM
DAMASI) PSEVDO-HIERONYMIANVS, INEVNTE SAECVLO QVINTO
FORTASSE SCRIPTVS p 354

Indices locorum s. Scripturae, nominum propriorum,
uerborum et locutionum p 364

II. De codicibus noua.

D. Codex olim Diessensis nunc Monacensis lat. 5508, uel potius prior eius pars e foliis centum triginta constans, de tribus exemplaribus descriptus est, testante ipso librario in colophone fol 130^b EXPLICIUNT CANONES EX TRIBVS LIBRIS EDITAE etc. (Maassen p 631). ex his unum fuisse codicem Remensis nostri R geminum (non tamen, ut uidetur, ipsum Remensem) patet; alterum fuisse codicem nostrum S pro certo habeo, collato capitulorum concilii Antiocheni indice, Tom II p 222 col *a*, exempli gratia VIII De peregrinis suscipiendis I De non suscipiendis clericis peregrinis J P X Y De non suscipiendis clericis alienis S D, XIII De episcopis qui in aliena (alia J) parrocia ordinant I J P X Y

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

acta edente Rustico Chalcedonensis concilii se habent ut non facile iudicium ad amussim facias.

Y. Codex Coloniensis ccxiii, saeculo octavo scriptus, ea continet quibus nomen imposuit Fr. Maassen (p 504) 'syllogen codicis S. Blasii', cuius quos ego contuli codices praeter ipsum Y quattuor sunt, scilicet S, scriptus circa 700 A.D. fortasse in Italia et Augiam maiorem ante annum 800 (uide supra p vii) adlatus; X, Parisinus 3836, partim ex exemplari Treuirensi descriptus (Maassen p 508), et ut e scripturae genere datur colligere, Corbeiensi scilicet (de quo uide quae de codice β disputavi, p. xiii infra), in Gallia septentrionali haud ante 750 A.D.; Z, Lucensis 490, circa annum 800 Lucae, ut uidetur, scriptus; P, Cheltenhamensis 17849, incertae originis, et ipse circa 800 A.D. scriptus. hos codices in duas posse familias distingui adnotavi Tom II p 34 col *a*, unam SZ, cui adsentiunt codices sylloges ν , alteram XY (illam fortasse Italiam, hanc Rhenanam), fidem autem neque uni neque alteri semper adhibendam. insuper autem singularia multa praebet Y, quae non ex archetypo sylloges communi deriuata sed potius aliunde tracta sunt. exempli gratia contra ceteros sylloges suae codices apud canones Antiochenos (Tom II pp 228-310) saepissime in eandem partem ire cum I deprehendes, apud canones Nicaenos (supra pp 179-239) cum M (et praecipue cum W) uel Q. codicis scriptura semiuncialis est, eius generis quod insulare dicunt, simillima scripturae codicis Euangeliorum Dunelmensis A II 17, de quo uide quae disputavi in ephemeride *The Journal of Theological Studies* (mense Iulio A.D. 1909, x 534-537); exaratus est uterque, ut puto, neque post annum 750 neque multo antea, Dunelmensis certe apud Anglos, Coloniensis uel in insulis nostris uel ab insulano in regionibus Rhenanis, sed ut de Anglia potius cogitem mouet me quod e Paenitentiali Theodori archiepiscopi Cantuariensis (uel, si accuratius loquendum est, 'discipuli' anonymi) nonnulla mutuatur; uide Tom II p 112 col *b* et Addenda in praefatione parti alteri Tomi II praemissa p viii. nobis tamen aequo animo de hoc iudicare fortasse uix contigit; adeo placet hunc unum ut ita dicam agnellum e tanto codicum grege in opere nostro adhibitorum patriae nostrae uindicare.

ff. Cum Friderico Maassen sylloge quam 'Sammlung der Handschrift von Saint-Maur' appellauit per unum tantummodo codicem, Parisinum 1451 olim coenobii S. Mauri Fossatensis peculium (nobis F), innotuisset, ego in prioribus huius operis partibus alterum adhibere potui, Vaticanum 1127 olim Engolismensem (nobis f), indiciis fretus quae de eo dedit Ludouicus Duchesne *Le Liber Pontificalis* I pp 1 li. sed ne hic quidem res constitit: iam enim anno 1905 scripseram (*The Bodleian MS of Jerome's version of the Chronicle of Eusebius*, edente Ioanne Knight Fotheringham, in appendice v cui titulus *Jean du Tillet; a neglected scholar of the sixteenth century*, p 63 n. 3) tertium sylloges huius exemplar praesto fuisse in codice 562 catalogi collegii Claromontani Parisini (A.D. 1764), qui idem est ac codex 583 catalogi bibliothecae Meermannianae (A.D. 1824), fatebar tamen me nescire et a quo emptus esset et ubi tum temporis exstaret. nuper autem ope et auxilio Thomae Fenwick, Thomae Phillipps nepotis et bibliothecae Phillippsianae custodis digni, cognoui codicem anno 1824 uenalem

emisse Baronem de Westreenen, ignarus adhuc penes quem conseruarentur illius bona. consilium igitur sciscitatus ex Hippolyto Delehaye, S.I., omnium uirorum doctorum qui Actis Sanctorum edendis per tot saecula inseruierunt fortasse doctissimo, tandem ad felicem longi laboris exitum perueni; illo enim auctore uiros adii qui Museo Meermanno-Westreeniano apud Hagam Comitum praesunt, et litteris uice-praefecti A. W. Bijranck die xxx^o mensis Maii A.D. 1911 datis certior factus sum me codicis tam diu desiderati domicilium aliquando indagauisse. quibus uix peractis, eiusdem rei ex alio fonte notitia miro quodam casu manauit, Willelmo Levison Bonnensi, uiro de historia medii ineuntis aevi optime meriti, litteris ultro me monente se et codicem Hagae Comitum uidisse et meliorem geminis eius F et f aestimasse. ipse neque adhuc uidi neque in his quae modo publici iuris fiunt adhibere potui, id quod in textu graecorum conciliorum latine redditorum constituendo non est cur doleas, familia F paululum in commune conferente; contra in materia latina optimae saepe notae est, unde ad Tomum Damasi (pp 281-296) utinam praesto testis nouus fuisset, ad Arelatense concilium necesse est ut praesto futurus sit.

l. Codicem Vaticanum 5845 cum originem habuisse apud Lombardos meridionales scriberem, auctore reuerendo patre Francisco Ehrle, bene iudicaui; erraui tamen quod meo fretus iudicio et scripturae Beneuentanae minus gnarus codicem saeculo octauo adtribui, uide praefationem partis secundae Tomi huius, p vi. rectius scripsissem de saeculo nono exeunte uel etiam decimo, id quod luculenter ostendit uir clarissimus E. A. Loew, qui et ipse Ludouicum Traube magistrum suum profitetur, in opere mox apparituro *Scriptura Beneuentana* tab. 40 (Oxonii 1913).

vall. Codicem bibliothecae S. Andreae in Valle apud Urbem siue Vallicellum A 5 (de quo uide sis fratres Ballerini *Appendix ad S. Leonis opera: de antiquis collectionibus et collectoribus canonum* III 3, Maassen p 454, A. Reifferscheid *Bibliotheca patrum latinorum Italica* I 184) sub siglo vall in textibus Damasianis constituendis adhibui, pp 155 281 huius tomi. e Rauenna in Urbem adlatum esse, lectis quae de itinere Ambrosii Traversari Florentini anno 1433 per Italiam septentrionalem facto scripsit in libro insigni *Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli xiv e xv* R. Sabbadini, 'La biblioteca di Ravenna gli cagionò una delusione, auendola trovata inferiore alla sua fama; e infatti non vi notò che una silloge di opuscoli di Cipriano più copiosa delle usuali e un antichissimo codice di Concili con la confessione nicena in membrane rosse e lettere dorate' (p 95), statim conieci: in nullo enim alio conciliorum codice memineram me uidisse Symbolum aureis litteris membrana purpurata esse instructum. quam coniecturam plane confirmant additamenta nonnulla notitiam praebentia conciliorum Rauennae celebratorum saeculo undecimo codici subiecta, uide Reifferscheid *op. cit.* p 190: 'Die erste Aussenseite enthält von einer Hand des eilften Jahrhunderts einen Bericht über zwei in Ravenna gehaltene Synoden, deren eine unter Otto III, die andere unter Heinrich ins Jahr 1014 fällt'; p 191 'f. 337-339 saec. xi (über der Seite von neuerer Hand "Videtur ex concilio Rauennae habito a Iohanne X pont. max.") "Lectum est quoddam indiculum..."'

neque displicet origo Rauennas consideranti quod ceteri eiusdem familiae codices ad septentrionales Italiae regiones iure referuntur; quippe codicem nostrum s (olim Sessorianum lxiii, iam bibliothecae Victoris Emmanuelis Urbicae 2102) ueri simile est ad Nonantulanum coenobium prope Bononiam pertinuisse, codex Vaticanus 1353 'ex antiquiore Bergomate exscriptus est anno 1441', codex Vercellensis (bibliothecae Capitularis lxxvi) sub medium saeculum x ab Attone episcopo Vercellensi, ut fratribus Ballerini uisum est, adhibebatur. qui codex, reliquis omnibus domicilium in Vrbe nouum nactis, solus patriam suam pristinam obtinet.

Ξ. Fragmenti bibliothecae Amplonianae in ciuitate Erfordia in notitiam incidi apud L. Traube *Vorlesungen und Abhandlungen: Zur Paläographie und Handschriftenkunde* (curante Paulo Lehmann, Monaci, A.D. 1909) p 182: 'Erfurt: Fragment aus Amplon. F 74, Bruchstück einer Kanonessammlung. Schrift-heimat?. Bibliotheksheimat: Um 1400 bei Amplonius Ratinck. Beschreibung und Abbildung: W. Schum *Beschreibendes Verzeichniss der Amplonianischen Handschriftensammlung zu Erfurt* (Berlin 1887 p 34).' ex uno folio constat, olim tegumento codicis F 74 adglutinato nunc separatim collocato, in quo descripti sunt canones Gangrenses III–XII sub numeris LXI–LXX secundum interpretationem Dionysii alteram, uide Tom II pp 163 187–199: repraesentationem eius phototypicam per comitatem bibliothecarii impetrare potui, unde septimi esse sacculi facile decernitur. codex e quo tam miserae reliquiae ad nos usque supersunt dignus ideo notatu est quod solus e tot codicibus Dionysianis, si unum exceperis Chr. Justel codicem (nunc Bodleianum e Mus. 103: nobis j), canones non per singula concilia separatim numerat sed una per plura concilia deducta serie, ita ut post Nicaenos xx Ancyritanos xxiiii Neocaesariensis xiiii incipiant Gangrenses a numero lviii. sine dubio consentiens cum j canones adiecit Gangrenses xx Antiochenos xxv Laodiceos lviii Constantinopolitanos iii: quorum omnium summa fit clxv. codicis j enumerationem post Christophorum Justel ego ab initio operis mei secutus sum, certus ad ipsum Dionysium iure referri potius quam ad librarium aliquem quamuis callidum: quam edendi rationem codex Ξ, trecentis annis codice j antiquior neque a Dionysii aetate multum distans, satis confirmat.

Υ. Codex Vindobonensis 2141, saeculo nono (fortasse nono ineunte) scriptus, in omnibus bonae notae est, in hoc maxime notabilis quod e duarum partibus syllogarum constat; usque enim ad capitulum lviii seu concilium Antiochenum syllogen Paschasii Quesnel (Q) fideliter repraesentat, in medio autem canone i Antiocheno (Tom II p 234 col b) subito sine ullo ordinis turbati indicio in syllogen transit quam Friderici Maassen syllogen (M) appellauit. quae cum ita sint, codicis bipartiti origo illuc pertineat necesse est ubi et codices sylloges M et codices sylloges Q praesto erant. sed rarissimi sunt codices M, neque longe a fluuiis Danuuio superiore et Rheno positi, in bibliothecis scilicet Frisingensi, Diessensi (seu forte Augiensi, uide supra p vii), Wirceburgensi, Remensi: igitur et codicis Υ patriam in Germania superiore quaerendam esse ueri simile est. sylloges autem Q in illis regionibus non nisi unius tantum codicis quod sciam

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



plana patente uia, circuitu non opus est: etenim adnotatiuncula in margine folii 134*a* adscripta et quando et ubi scriptus sit archetypus aperte enuntiat, ita se habens ‘hoc habuit uetustus: ab hoc concilio antiocheno usq. indictionem xii; quod est in anno xv regni chlotharii regis anni ducenti lxii’. quae computatio etsi minus fideliter transcripta esse uidetur (annus enim indictionis cum anno regni uix concordat, siue Chlotharium secundum siue tertium respicias), tamen neque ante annum 594 si Chlotharium II elegas, neque post 672, si de Chlothario III agitur, fieri potuit. priorem potius terminum commendat annorum inde a concilio Antiocheno, A.D. 341 habito, exactorum numerus; $341 + 262 = 603$. neque aduersatur testimonium catalogi pontificum ad codicis caput praemissi; in Seuerino enim papa desinit qui anno 638 post Christum electus est, et multo ueri similis est nomina quaedam addita identidem fuisse in archetypo ad finem catalogi anno circiter 600 redacti, quam omissa e catalogo circa 670 redacto. ratione ita de tempore habita, de loco ne minime quidem dubitandum est: Atrebatensem codicem de Atrebatensi uel uicino codice descriptum ex eo colligas, quod nullus Chlotharius quindecimo regni sui anno nisi in exigua Galliae septentrionalis regione dominabatur.

Ipsius sylloges Quesnelianae de aetate et ratione si nonnulla licet adicere, ego fratribus Ballerini et Friderico Maassen adsentior patriam sylloges Galliam uindicantibus. plus aequo tamen uiri illi inlustres in Paschasium Quesnel uidentur saeuuisse, qui si minus recte Romae compositam esse adfirmavit non inscite tamen colorem in ea Romanum detexit. equidem censeo saeculo uergente quinto uel ineunte sexto hominem Gallicum (Arelatensem fortasse, ut Ludouico Duchesne placet) in monumentis iuris canonici coaceruandis uersatum syllogen in usum ecclesiarum Gallicarum ita instituisse, ut materiam uernaculae externam, uniuersalem propriae, Gallicae Romanam praeferret, et ad propositum suum in capite operis enucleandum titulum supra laudatum, ‘Continet codex iste canones ecclesiasticos et constituta sedis apostolicae’, una cum indice pontificum praemitteret. cuius indicis cum pars principalis, annis mensibus diebus pontificatum singulorum instructa, non ultra Felicem papam producat, non absurde conicias sub successore Felicis Gelasio (A.D. 492–496) esse confectum. ne tamen ante ultimum Gelasii annum gradum sistamus, uetant quae syllogae insunt; inuenies enim instrumenta ipsius Gelasii ad annum 495 pertinentia.

β. Codex Parisinus 8921, olim ecclesiae S. Petri Bellouacensis peculium, quo uix ullus inter codices sylloges Dionysio-Hadrianae antiquior est, tum aliis quaternionibus tum etiam primo, quo tempore priores huius operis particulas publici iuris feceram, carebat, ita ut ad conciliorum capitula nusquam adhibere possem. sed auctore amico meo Alexandro Souter (qui ex Aberdonia in Cantabrigiam profectus, inde Oxonium demigrans, iam munere Professoris in lingua latina donatus in patriam suam non sine meo et huius operis damno reuersus est) exstare didici in bibliotheca publica Remensi exemplum iuris canonici pusillum his uerbis apud hodiernum catalogum denotatum: ‘2102. Fragment de la table d’un recueil de canons de conciles, écrit au viii^e siècle et provenant de l’église de Beauvais . . . Don des héritiers de P. Tarbé’ (*Catalogue*

général des manuscrits des bibliothèques publiques de France: Départements tom. XXXIX 2 [A.D. 1906] p 1063); statimque agnoui hunc capitulorum indicem non posse non ad codicem Bellouacensem nunc Parisinum pertinere. de his cum per litteras Henricum Omont adirem, bibliothecae Parisinae uices praefecti gerentem cuius utrum magis miranda esset scientia an beneuolentia semper dubitavi (innumerabilia eius erga me beneficia pergratum est commemorare), inueni, quod exspectare debueram, rem minime latuisse eos qui huiusmodi negotia apud Gallos procurant; nempe quaternio ille Parisios adlatus et in codicem 8921 iterum coagmentatus, suorum, ut ita dicam, iam tandem nactus est societatem. Parisiis eum uidi, et in capitulis conciliorum Gangrensis et Antiocheni (Tom II pp 165 221) conferre potui. codicis Bellouacensis si de loco et tempore nonnihil dicendum est, ipsum scripturae genus intra limites perangustos quaestionem coarctat: scriptura enim cui nomen dedit 'Corbeicensem formae $\alpha\beta$ ' (id est, a b) peritorum consuetudo, neque ante annum 750 neque post 815 neque extra Galliam septentrionalem usi sunt librarii. idem dicendum est de codice Parisino 3836 (nobis X): uide supra p viii. et hunc codicem et illum uir clarissimus E. A. Loew in indice suo commemorat *Studia Palaeographica* (apud Acta classis philologicae et historicae Academiae Monacensis, A.D. 1910, xii p 37).

III. De iis quae in hac operis parte edita sunt.

Paruum ecce in manibus habes, lector, operis mei frustulum, sed (ut spero) non parui momenti; quae enim hic legenda tibi traduntur uel omnino non, uel minus quam oportuerat exquisite, usque adhuc typis impressa sunt. ad Symbolum Nicaenum singula quaeque spectant. primum obtinet locum Romanum anni 379 concilium siue Damasi papae Tomus—fidei christianae quemadmodum ecclesia Romana acceperat forma praeter ceteras antiqua—quem in pristinam eius speciem uideor mihi reduxisse (pp 281–296). deinde latinas Symboli interpretationes quot arcessere potui congessi, et quaternas in binis paginis ordinaui quo facilius inuicem examinentur (pp 297–319); necnon materiam uerborum quibus usi sunt interpretes in indiculo expressi et nonnulla praecipuo digna notatu summatim attigi (pp 320–328). postremo accedes ad duos Symboli explanandi commentarios, utrumque ut puto intra centum post Symbolum editum annos conscriptum, quorum alterum primus euulgauit (pp 329–354), alterum diu apud opera sancti Hieronymi suppositicia latentem primus ad Damasi Tomum respicere ostendi (pp 354–368): libellos uel nomine auctoris carentes uel falsum prae se ferentes malui *ἀνωρύμους* relinquere quam incerta pro certis exhibendo spuriam cuilibet subolem tribuere audere. adnotatiunculas qualescumque ad has appendices pertinentes in caput proximae operis mei partis necessario distuli, quippe quae non eius sint copiae ut totum sibi quaternionem uindicent (pp 369–372).

Partem istam proximam (scilicet secundam fasciculi Tomi primi alterius), praeter adnotatiunculas modo dictas, conficient (1) Supplementum Nicaeno-Gallicum, id est, concilium Arelatense anni 314, unde canones aliquos mutuati sunt patres Nicaeni, concilium Valentinum anni 374, ubi primo notitia Nicaenorum canonum apud Gallos patet, concilii Arelatensis secundi canones I–XXV,

qui nihil aliud sunt atque Nicaenorum et priorum Arelatensium canonum instauratio; (2) Supplementi Nicaeno-Romani primitiae, siue concilii Serdicensis anno circiter 343 habiti canones.

De ueritate monumentorum iuris canonici in operis nostri ciuitatem adscitorum non est cur multa hic dicam. graecorum nonnisi interpretationes ad me pertinent, neque utrum legitima sit an spuria origo eorum mea interest sed tantum utrum apud Latinos pro legitimis sint habita. de uernaculis Latinis quamuis grauior sit quaestio, tamen non hoc loco, ut puto, longius sunt tractanda quae alibi uel scripsi uel scripturum me spero; satis sit uirorum doctorum libros censere qui uel hanc uel illam materiae nostrae particulam in dubium uocauerunt. canones Serdicensis tamquam falsos impugnavit J. Friedrich Monacensis *Die Unächtheit der Canones von Sardica* (apud Acta classis philologicae et historicae Academiae Monacensis) A. D. 1901, cui respondi et restiti in opusculo *The Genuineness of the Sardican Canons* (apud ephemeridem *The Journal of Theological Studies* iii [A. D. 1902] pp 370-397). decretum Damasi papae, quod ego partim in hoc Tomo supra pp 155-158 partim in ephemeride *The Journal of Theological Studies* i (A. D. 1900) pp 554-560 edidi, Damaso nuper abiudicauit et sacculo sexto adtribuit E. von Dobschütz Vratislaviensis *Das Decretum Gelasianum de libris recipiendis et non recipiendis* (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur xxxviii 4) A. D. 1912, cui me profiteor breui, Deo adnuente, responsurum. uix aequo iudicio, ut suspicari licet, uiri illi insignes sententiam dixerunt; adeo utrique ex animo erat iis quae ecclesiae Romanae fauce uideantur et auctoritatem et antiquitatem denegare.

IV. Supplementum: libri qui appellatur *Constitutiones et Canones Apostolorum* fragmentum Veronense.

Ad finem huiusce partis, post p 368 infra, alios quinque quaterniones subiciendos curauit, quorum paginae, quia ad primam incepti nostri partem pertinent, a p 32 a usque ad p 32 m numerantur; in capite enim operis, pp 1-32, typis mandauit Canones qui dicuntur Apostolorum, secundum quascumque Latinas interpretationes tunc temporis cognoui, Dionysii scilicet Exigui priorem et alteram. inter has interpretationes, cum non multum alioquin intersit, hoc praecipuum commune est quod in utraque Dionysius ille, nescio qua ratione motus, nonnisi dimidium uel aliquanto plus Canonum Apostolorum uertit. tanto igitur melior mihi fortuna, quando nouam et modo non integram Canonum interpretationem contigit in insigni illa Veronensis Capituli bibliotheca inuenire, ubi tot uetustatis monumenta ex obliuione eruta erant et semper ut uidetur restat aliquid eruendum. cum enim anno 1911 bibliothecas nonnullas in Gallia Italia septentrionali Germania ad schedas huius partis (necnon secundae alterius Tomi partis) reuisendas perlustrarem, Veronam mense Maio adii: et quae ibi fieri opus erat fere transactis, in aulam superiorem comitante bibliothecario doctissimo et mihi amicissimo Antonio Spagnolo ascendi, ut tot et tam antiquorum codicum

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ADDENDA EMENDANDA CORRIGENDA

p 190 col a can v l 10 in notulis conuenticulum: adde sis nouum e quinto saeculo testimonium, epistulam scilicet quam nonnulli Galliae episcopi, Ceretius Salonius et Veranus, ad Leonem papam Magnum dederunt (apud S. Leonis Opera, ep. lxxviii § 1), 'illa specialis doctrinae uestrae pagina . ita per omnium ecclesiarum conuenticula celebratur.'

pp 211 213 col a. Isidori interpretationem (secundum syllogas ut uidetur S Sp) adhibuisse Theodorum archiepiscopum Cantuariensem patet e Paenitentiali v § 14 (apud librum Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland, edentibus Arturo W. Haddan et Willelmo Stubbs iii [A. D. 1871] 182): 'Si quis a fide Dei discesserit sine ulla necessitate, et postea ex toto animo penitentiam accipit, inter audientes iuxta Nicenae concilium iii annos extra aecclesiam, et vii annos peniteat in aecclesia inter penitentes et ii annos adhuc extra communionem.'

pp 297 sqq. Symboli Nicaeni interpretationibus latinis adde sis formam e codice bibliothecae publicae Fuldensis Bonifatiano 2 (cui nomen 'codex Ragyn-drudis' inpositum est) depromptam; de repraesentatione eius phototypice curanda necnon de multiformi rerum Fuldensium notitia quam mecum communicauit gratias ago habeo bibliothecario humanissimo Carolo Scherer: codicem octauo (fortasse octauo ineunti) saeculo iure referas:

Credimus unum Deum Patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium factorem:

et in unum Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei, de Patre natum unigenitum hoc est de substantia Patris, Deum de Deo lumen de lumine Deum uerum (uero *cod**, *sed corr m p*) de Deo uero, genitum non creatum, homouision Patri hoc est eiusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt quae in caelo et quae in terris; qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est, homo factus passus est et resurrexit tertia die, ascendit in caelos, inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos:

et in Spiritu sancto.

Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, et Antequam nasceretur non erat, et quia Ex nullis extantibus factus est, aut Ex alia substantia uel subsistentia dicunt esse, aut Conuertibilem Filium Dei; hos anathematizat catholica et apostolica aecclesia.

ptaef. p viii. De origine codicis Parisini 1564 (nobis Pi) in animo mihi fuerat nonnulla disserere, sed propositi per incuriam oblitus sum. codex Petri Pithou fuit et, ut conicere licet, non alius ac 'uetustissimus ecclesiae Cenomanensis codex', a quo uir ille eruditus Fidem Isatis ex Iudaeo, Damaso papae aequalis et aemuli, descripsit: 'Eundem porro auctoris nostri libellum ad editionem parauerat Petrus Pithoeus, qui . . . hoc opusculum ex uetustissimo ecclesiae Cenomanensis codice canonum post synodum Aruernicam se excerptis adnotauit; subditque . . . codicem . . . referre inscriptionem huiusmodi Fides Isatis ex Iudaeo non Isacis.'

APPENDIX VIII

CONCILIVM SVB DAMASO PAPA

ANNO POST CHRISTVM CIRCITER 379 ROMAE HABITVM

SIVE TOMVS OCCIDENTALIVM

- | | |
|---|---|
| <p>F Codicum <i>F</i> consensus, scilicet:</p> <p>F codex S. Mauri Fossatensis nunc Parisinus lat. 1451: saec. viii exeunt. [fol. 25 <i>b</i>]</p> <p><i>f</i> codex Engolismensis nunc Vaticanus Reginae 1127: saec. ix ineunt. [fol. 32 <i>b</i>]</p> <p>R Codex Remensis postea bibliothecae Thomae Phillipps nunc Berolinensis lat. 84: saec. viii [fol. 38 <i>b</i>]</p> <p>Pi Codex origine fortasse Cenomannensis postea bibliothecae Pithoeanae nunc Parisinus lat. 1564: saec. ix [fol. 21 <i>a</i>]</p> <p>Col Codex Coloniensis bibliothecae Capitularis xxxiii: saec. ix ineunt. [fol. 107 <i>b</i>]</p> <p>M Codicum a Fr. Maassen detectorum consensus: inde a 128 usque ad 165: scilicet</p> <p><i>f</i> codex Frisingensis nunc Monacensis lat. 6243: saec. viii [fol. 13 <i>a</i>]</p> <p>W codex Wirceburgensis bibliothecae olim Capitularis nunc Vniuersitatis Mp. th. f. 146: saec. ix [fol. 26 <i>b</i>]</p> <p>N₂ Codicis Vaticani 1322 (N) pars prior, quamuis tempore posterior: inde a 121 usque ad 187: saec. vii-viii [fol. 9 <i>b</i>]</p> <p>S Codicum sylloges 'Sanblasianae' consensus, scilicet</p> <p>S codex Augiensis postea Sanblasianus nunc coenobii S. Pauli apud Carinthios xxv $\frac{2}{7}$: saec. vii-viii [fol. 138 <i>a</i>]</p> <p>X codex ut uidetur Treuirensis nunc Parisinus lat. 3836: saec. viii [fol. 89 <i>b</i>]</p> <p>Y codex Coloniensis bibliothecae Capitularis ccxiii: saec. viii [fol. 137 <i>b</i>]</p> <p>Z codex Lucensis bibliothecae Capitularis 490: saec. viii-ix [fol. 266 <i>b</i>]</p> <p>a Codex (sylloges Dionysio-Hadrianae) Augiensis postea Sanblasianus nunc S. Pauli apud Carinthios 6 (de hoc codice forte descriptus est Sangallensis 671, saec. ix): saec. ix ineunt. [fol. 13 <i>b</i>]</p> <p>au Codex Augiensis nunc Karoliruhensis xviii: saec. ix ineunt. [fol. 13 <i>b</i>]</p> <p>C Codicum originis Gallicae nonnullorum consensus, scilicet:</p> <p>C codex Corbeiensis nunc Parisinus lat. 12097: saec. vi [fol. 89 <i>a</i>]</p> | <p>K codex Coloniensis bibliothecae Capitularis ccxii: saec. vi-vii [fol. 84 <i>a</i>]</p> <p>T codex ut uidetur Albigensis, nunc Tolosanus bibliothecae publicae 364: saec. vii [fol. 72 <i>b</i>]</p> <p><i>pi</i> apud codicem Pithoeanum Paris. lat. 1564 (uide supra) alterum concilii Damasiani exemplar: saec. ix [fol. 70 <i>a</i>]</p> <p>B Codex Bobiensis nunc Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae S 33 sup.: saec. ix exeunt. [fol. 153 <i>a</i>]</p> <p>Q Codicum sylloges Paschasii Quesnel (cap. LV) consensus, scilicet</p> <p>II codex olim Trecensis postea Francisci Pithou nunc Parisinus lat. 3848 A: saec. ix [fol. 136 <i>a</i>]</p> <p>T codex Vindobonensis 2141: saec. ix ineunt. [fol. 90 <i>a</i>]</p> <p>Y Codex Atrebatensis 572 (644): saec. ix ineunt. [fol. 124 <i>b</i>]</p> <p>v Codicum sylloges 'Vaticanae' (cap. XXXVI) consensus, scilicet</p> <p><i>u</i> codex Farfensis, postea Barberinianus xiv 52, nunc Vaticanus: saec. ix [fol. 137 <i>a</i>]</p> <p><i>v</i> codex Vaticanus 1342: saec. ix-x [fol. 100 <i>a</i>]</p> <p><i>w</i> codex Florentinus bibliothecae Laurentianae aedil. eccl. 82: saec. x [fol. 87 <i>a</i>]</p> <p>Codex apud Lombardos in Italia meridionali scriptus nunc Vaticanus 5845: saec. ix-x [fol. 190 <i>b</i>]</p> <p>s Codex olim Sessorianus basilicae S. Crucis lxiii nunc bibliotheca Victoris Emmanuelis 2102: saec. viii exeunt. [fol. 16 <i>a</i>]</p> <p><i>vall</i> Codex bibliothecae Vallicellianae A 5: saec. ix [fol. 235 <i>b</i>]</p> <p>L Codex Laureshamensis nunc Vaticanus Palatinus 574: habet ll 66-74: saec. ix ineunt. [fol. 15 <i>a</i>]</p> <p>Arnob Arnobius Iunior, uide p 282</p> <p style="text-align: center;">De Filastrio Gelasio uigilio uide pp 295 296
infra</p> |
|---|---|

Tomum Damasi (ut me monuit reuerendus pater F. W. Puller, uir praeter alios in inuestigandis rerum Damasianarum doctrina historia temporibus eruditus) exscripsit auctor libri qui uocatur Conflictus Arnobii cum Serapione de deo trino et uno: quem librum, medio fortasse quinto saeculo scriptum, in lucem protulit F. Feuardentius e codice monasterii S. Iacobi Leodiensis et ad calcem operum S. Irenaei (Coloniae, A.D. 1596: p 567) euulgauit. textus cum codd CB plerumque consentit. [Arn-ed = editio Feuardentii: Arn-leod = codex eius Leodiensis: Arn-barb = codex olim Barberinianus xi 148 nunc Vaticanus barb. lat. 505 fol 68 b, saec. ix-x (deficit post l 110): Arn-aug = codex olim monasterii SS. Vdalrici et Aerae apud Augustam Vindelicorum saec. x, fol 98 b, teste Placido Braun Notitia historico-litteraria de codicibus manuscriptis... Aug. Vindel. A.D. 1791, ii 140, nunc 13 in Ordinariats-Archiv (hodiernum eius domicilium detexit, et cum Hahn Bibliothek der Symbole p 272 mea causa contulit, Germanus Morin): Arnob = consensus testium]. lectiones Arnobianas non omnes memorauit.

Damasi Tomum uel ipse graece uertit uel potius iam ante aetatem suam uersum inseruit Historiae Ecclesiasticae v II Theodoretus episcopus Cyrrhensis. hanc interpretationem Tomo latino e regione oppositi (pp 284 col b-294 col b), codicibus fretus Oxoniensi Bodleiano Auct. E 4. 18 (B: saec. x: fol 105) Vaticano gr. 628 (V: saec. x-xi: fol 212 b) Parisino gr. 1433 (P: saec. xi: fol 306 b), quos contulerunt uiri egregii G. Mercati, F. E. Brightman; K. Lake. graecus interpres, siue Theodoretus siue alter, codicem latinum in manibus habuit simillimum codicibus nostris Q: conferas exempli gratia ipsum Tomi titulum p 284 coll a b.

interpretationem Tomi suam habebant et Syri; quam cum e graeca pendere certum sit, ad textum graecum constituendum adhibui. codices nonnisi duos inueni, Musei Britannici Add. 14529 (syr-1: saec. vii-viii: fol 1 b) Synodicon Damasi episcopi Romae contra haereses diuersas, et 14533 (syr-2: saec. viii-ix: fol 18 b) Synodicon sancti Damasi archiepiscopi Romae contra omnes haereses diuersas ad Flavianum episcopum qui Thessalonicae fuit. codices mea causa inspexit uir linguae syriacae peritissimus E. W. Brooks.

de interpretatione arabica disserit W. Riedel Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien (Lipsiae A.D. 1900) pp 181-183: textum eius in linguam germanicam uertit ib. pp 94-97.

Tomi huius edendi rationem per multos annos perpendi, neque in ulla mei laboris parte tam diu haesitauit. ueritate minutatim dispecta, exploratum prius habebam (i) familiam codicum C K T pi B Arnob gallicam, in quibus concilium nostrum anno circiter 379 habitum epistulae eiusdem Damasi iam anno 375 ad Paulinum Antiochenum datae immixtum est (uide paginam 295 in summo), nullius fere esse pretii; (ii) codices qui Symbolum Nicaenum concilio nostro praemittunt (uidelicet R Col F S: confer etiam Pi N, M) et hoc recte praemittere et alibi reliquis codicibus longe antecedere. dissentientibus autem inter se codicibus melioris notae (familiae S plerumque suffragantur ceteri), iterum rem obscurabant tenebrae: lucem diei tandem adtulit codex quem omnium fere postremum, anno scilicet 1905, Coloniae inueni (bibl. Capit. xxxiii).

in textu igitur constituendo fidem omnino adhibendam esse decreui codicibus Col R F Pi, paucis illis quidem sed optimis: cuius rei si exemplum desideres, uide l 142 (p 293), ubi hereticus est... immo Iudaeus ueram esse lectionem nemo ut puto non confitebitur. scilicet qui Tomum descripserunt parum habebant dicere 'hereticus est', nedum 'non recte sentit'; unde terdecies pro 'hereticus est' (ll 77 80 84 87 95 100 103 106 110 115 122 126 142), semel pro 'non recte sentit' (l 92), supposuerunt 'anathema sit'. hoc tamen uocabulum nusquam praebet certus Tomi textus: contra in illis utriusque consentiunt testes, ll 127-129 'si quis de patre et filio bene senserit, de spiritu autem non recte habuerit, hereticus est'.

B. QVAE VARIAS IN GRAECO SYMBOLI TEXTV LECTIONES INDICANT

6. *omnium (Gr πάντων): om Att (codd opt) Dam-S-F I II III a [IV-cod] v VI X XV-cod XVI b-codd XX b*
 14. *unigenitum uel unicum (Gr μονογενῆ): om I II III a IX XII*
 26. *homines (Gr τοὺς ἀνθρώπους): om Caec(codd opt)-Ruf-XVIII Isid-M x [XII?] XVI c-codd (Act-ant) XX c*
 29. *descendit et (Gr κατελθόντα καί): om et Dam II III a b [v] VII X XI XVI a. de uocabulo et uel addito uel omissio confer etiam 31, 33, 37*
 53. *Verba graeca ἡ κτιστὸν agnoscit nullus e latinis, unde pro spuriis fortasse habenda sunt*
 57. *hos (Gr τούτους): om Caec-Ruf-XVIII-codd (Act-Rust) Att Gall-Hisp VII (Isid-V) XIV a-XVI a (Mercator) [XIV b-cod] XX c-codd*
 59. *et apostolica (Gr καὶ ἀποστολική): om III b XVIII*

C. QVAE IN INTERPRETATIONE GALLICA (*p 174, 176*) SINGVLARIA SVNT

6. *omnium: uniuersorum Gall* 23. *cum patre: patris Gall*
 30. *incarnatus, homo factus (uel humanatus uel inhumanatus): corpus adque figuram hominis suscepit Gall. hic solum inter tot et tam diuersas symboli interpretationes graeco σαρκωθέντα respondet non caro (incarnatus) sed corpus: cum Gallico interprete conferendus est scriptor Gallicus, S. Hilarius dico, qui et ipse uoces incarnatus incarnatio declinat, corporatio adhibet, e.g. de synodis § 43 'ipse in prophetis de corpora-tionis suae ac passionis sacramentis locutus est' (in uertendo Orientalium symbolo 'incorporatus' graeco respondet ἐνανθρωπήσαντα de syn. § 38: 'carnem uel corpus,' de syn. § 11, ad uernaculum symbolum pertinet, 'Blasphemiam' scilicet Potamii)*
 41. *uenturus (est): ueniet Gall*
 52. *substantia (uel subsistentia) (Gr ὑποστάσεως): materia Gall (materia a S. Hilario non adhibetur, cf p 328 infra; confer tamen Nicetam, p 306 supra)*
 53. *dicentes, dicunt, perhibent (Gr φάσκοντας): adserunt Gall* 57. *hos: istos Gall*

D. QVOMODO RELIQUAE SYMBOLI FORMAE IN TRIA GENERA DISTINGVI POSSVNT

Reliquarum (excepta scilicet Gallica) interpretationum tres familias distinguunt lectiones cuique familiae propriae. prima et ut uidetur antiquissima familia consistit e Dam [c. A.D. 379] I (Comm-symb: A.D. 375-380?) II (Lucif: A.D. 355-360) III a b (Hil: A.D. 356?, 359) IV (Greg-Ilib: A.D. 360-370?) V (Conc-Hipp: A.D. 393) VI (Conc-Carth: A.D. 419) VIII (Conc-Carth: A.D. 525: huius tamen symboli pars prior ex Attico deriuatur) IX (Niceta: c. A.D. 380-400) X (Leo: A.D. 458) XI (cod-Taurin; saec vii) XII (cod-Mediol: saec. vii-viii): hanc breuitatis causa 'Patres' nomino. ad secundam familiam, scilicet 'Canones,' pertinent Caec-Ruf-xviii (Acta Chalc) Att Q-I-J v Isid-M Gall-Hisp; ad tertiam ea quae ex actis conciliorum Ephesini et Chalcedonensis innotescunt, unde eis 'Concilia' nomen sit.

23. **unius substantiae cum patre quod graeci**, (graece Dam-S-F Lucif 2/4 Hil b Conc-Hipp-cod Leo-cod) dicunt homousion Patres: confer S. Eucherium Lugdunensem Instructiones ii de graecis nominibus: 'Homousion unius substantiae,' necnon Tert. adu. Praxean § 2 'unius substantiae'

homousion patri (om patri Q-I-J v Dion-H) hoc est eiusdem cum patre substantiae Canones cum xx c (eiusdem cum patre substantiae tantum Att Gall-Hisp xvi a): confer Iren. adu. haereses I v 1 (= I i 9) ὁμοούσιον = Iren-lat. 'eiusdem substantiae' **consubstantialem patri** Concilia (exceptis xiv a-xvi a [Mercator], xvi c xvii xx c). sub uoce consubstantialis laudantur in Thesouro Linguae Latinae ex antiquioribus nonnisi Tertullianus adu. Hermogenem 44, sed de materia et deo: de filio et patre primus Marius Victorinus Afer adu. Arrium i 34, 54, 55, 59, ii 2, 10, iv 10, deinde S. Paulinus Nolanus ep. xxi 3 'coeternum et consubstantialem et coomnipotentem et coopificem patri filium'

consubstantium patri vii. uocabulum habes apud Tertullianum (de angelis tamen et ceteris disserentem) adu. Valentinianos § 12 'angelos . . . soteri consubstantiuos,' § 18 'paria et consubstantiua': de SS. Trinitate auctores non inueneram nisi Ambrosiastrum quem uocant Quaest. cxxv § 21 'sanctum spiritum . . . si consubstantius non est deo et Christo, ineptum est ponere istum in numero patris et filii,' cf § 4: ib. xcvi § 8 'consobstantius esse deo Christus non ambigeretur' (alia inuenias exempla apud editionem A. Souter nostri, Corpus Script. Eccl. Lat. tom. L [A. D. 1908] p 546) et Marius Mercatorem Collectio secunda de diuersis Nestorii libris (ed. Garnier, p 103) §§ 1, 2, 'dominum Iesum Christum consubstantium patri': epistula Nestorii secunda (ib p 58) § 4 'non illam consubstantiuam deitatem dixisse esse passibilem'. addendus est e Thes. Ling. Lat. Rufinus, dialogum de recta fide interpretans, i 2 'uerbum eius consubstantium ei et coeternum'

25. **siue quae . . . siue quae** Patres (Gr τε . . . και): om siue bis Canones et Concilia

30. **homo factus Patres Canones: humanatus uel inhumanatus** Concilia plerumque, sed neque Marius Mercator (xiv a xvi a) neque nisi semel (xx a) acta Chalced. antiqua. antiquissimos utriusque uerbi testes habes in hac appendice impressos: acta enim Ephesina (xiv b xv xvi b) et actorum Chalcedonensium sylloge Vaticana (xx b) iam quinto mediante saeculo latine conscripta sunt. scilicet qui symbolum ex actis uertebant conati sunt ad unguem reddere, unde pro ἐνανθρωπήσαντα habes uel humanari uel accuratius inhumanari; apud scriptores tamen neque hoc neque illud ante sextum saeculum inuenies, Cassiodorum, Vigilium papam, Liberatum, Rusticum, Facundum: e quibus unum Facundum laudare placet, defens. trium capitulorum, ix 3 ad finem, 'quis eum audiens condidisse libros de incarnatione—aut ut proprie hoc exprimam, minus quidem latino sed necessario uerbo, sicut a graecis dicitur, de inhumanatione—filii dei, duos eum putet filios praedicasse? nam qualiter filium dei, id est dei uerbum, non hominem quoque diceret quem diceret inhumanatum? non enim refugio uerbum aduersus eos qui non hominem totum, id est carnem et animam rationalem, sed solam carnem, aut carnem tantum et animam sine ratione, suscepisse dicunt filium dei.'

46. **aliquando uel tempus** Canones: om Patres: partim habent partim omittunt Concilia

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Gallo-Hispanae *uterque codex substantia uel substantiam praebet, quod quid sibi uelit plane nescio. apud ceteros frequens usus est (1) subsistentia uel substantia, et (2) substantia uel essentia: rarior (3) substantia uel subsistentia (Isid-F XIX), et (4) subsistentia uel essentia (XIV b-cod XVI b c-codd XVII codd [sc Act-Rust])*

duo sunt quae ex his colligere licet. (i) omnes, paucissimis exceptis (Dam-S-N₂ XIV b-cod XVI b c-codd XVII-codd), testes adhibent substantia, siue cum altero siue sine altero uocabulo. (ii) qui alterum adhibent, iam in primo iam in secundo loco substantia ponunt, ita ut incertum fiat utrum substantia ὑπόστασις sit an οὐσία: in primo loco (=ὑπόστασις) ponunt Att Q-I-J Dion-H Isid-F Dam-R-Col III b VII XI XIV a c XVII; in secundo (=οὐσία) Caec-Ruf-XVIII Gall XIV b XV XX a c. uerisimile est ad hanc rem exprimentam unum tantum uocabulum, substantia, apud latinos quarti saeculi theologos in usu fuisse: qui igitur duobus uocabulis graecis duo latina respondere uolebant, eos necesse erat alterum adinuenire: id quod quisque ut sibi placuit (subsistentia, essentia, materia, natura) fecit.

non ab re tamen erit scriptoris saeculi quarti inter latinos illustrissimi, S. Hilarium dico, testimonium de his uocibus disertum adducere.

Hilarius igitur, cum in animo haberet expositiones fidei diuersas ab Orientalibus editas latine uertere et orthodoxam earum sententiam commendare, imprimis quid sibi uellent uocabula essentia ac substantia exposuit, de synodis § 12 (locos de hoc opere sumptos auxilio codicum Parisinorum lat. 2630 et 8907 emendauit): 'Orientales episcopi in unum congregati sententiarum definitiones condiderunt. sed quia frequens nobis nuncupatio essentiae ac substantiae necessaria est, cognoscendum est quid significet essentia, ne de rebus locuturi rem uerborum nesciamus. essentia est res quae est, uel ex quibus est, et quae in eo quod maneat subsistit. dici autem essentia et natura et genus et substantia uniuscuiusque rei poterit. proprie autem essentia idcirco est dicta quia semper est: quae idcirco etiam substantia est, quia res quae est necesse est subsistat in sese, quidquid autem subsistit sine dubio in genere uel natura uel substantia maneat. cum ergo essentiam dicemus, significare naturam uel genus uel substantiam intellegemur eius rei quae in his omnibus semper esse subsistat.' item, homousion symboli Nicaeni interpretans, apud fragmentum ex opere historico ii § 32: 'quod est semper, in Deo est. . . essentia enim ex eo quod semper est nuncupatur: quae quia extrinsecus opis ad continendam se numquam egerit, et substantia dicitur, quod intra se id quod semper est et in aeternitatis suae uirtutem subsistat.' hucusque idem ualent substantia atque essentia, sicut in Symbolo ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, quarum essentia graecum οὐσία repraesentat, substantia ὑπόστασις: cum tamen apud ipsos graecos altero sensu uox ὑπόστασις nonnumquam adhiberetur (Alexandrini enim malebant μία ὑπόστασις 'una substantia,' Antiocheni τρεῖς ὑποστάσεις 'tres personae'), quid ad haec S. Hilarius? eandem in interpretando uocem obtinuit, ita ut duplici apud eum sensu substantia inuenias, e. g. de synodis §§ 31, 32: "ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam uero unum." et primum sciendum est non aduersum heresim quae dissimilis substantiae Patrem et Filium ausa est praedicare, in Anthiocia fuisse conuentum. . . uolens igitur congregata sanctorum synodus impietatem eam perimere quae ueritatem Patris et Fili et Spiritus sancti nominum numero eluderet (ut, non subsistente causa uniuscuiusque nominis. . . Pater solus adque unus, idem adque ipse, haberet et Spiritus sancti nomen et Fili), idcirco tres substantias esse dixerunt, subsistentium personam per substantias edocentes, non substantiam Patris et Fili diuersitate dissimilis essentiae separantes.' cum reliquis testibus ὁμοούσιος in Symbolo uertit 'unius substantiae,' cf de synodis 77, 'exposita. . . unius substantiae quae graece homousion dicitur. . . fideli ac pia intellegentia': mauult tamen ipse, ut uidetur, uocem essentia (ib. 81 'de homousio uero, quod est unius essentiae, tractantes' tamquam minus periculosam.

APPENDIX X

Commentarius in Symbolum Nicaenum hactenus ineditus e codice Vaticano Reginae 1997 (nobis I) fol. 137 a desumptus

Codex saeculo nono iussu Ingilrami episcopi Teatini exaratus, bene conseruatus, textum commentarii non adeo malum praebet. quippe cum non pro noster inueniatur, cap I l 38 (mauult nē ipse codicis scriba, capp I l 62 X l 16), iure forsitan colligas commentarium ex antiquo exemplari, saeculi scilicet quinti uel sexti, ubi pro noster compendium N̄ adhibebatur, descriptum esse: conferas etiam omps, cap X l 72, et omnipotens, cap I l 62, utrumque pro omnipotentis. cuius tamen antiqui exemplaris scriba nonnulla uel peruersa acceperat uel ipse peruerterat: tria enim commata in nouum transferre locum oportuit, cap IV ll 18 19 e cap V l 13, cap VII ll 179-185 e l 129, cap VIII ll 41-46 e l 84

In qua lingua scriptus sit tractatus noster, et quando, ubi, aduersus quem?

Tractatum hunc in latina lingua sine ullo dubio compositum esse iure collegeris e loco capituli VII ll 214-262 (p 336 infra), ubi de fecit et factus est apud libros Geneseos et prophetarum disserit auctor: graece enim ἐποίησεν et ἐγέγερτο non possunt hoc modo inter se opponi.

Non ante annum a Christo nato 360, uel saltem 350, scriptum esse ex eo patet quod episcopi Nicaeni patres nostri appellantur (cap I l 1, p. 330). porro si uoces 'de deo et de substantia ipsius' quas 'expetit fides catholica' (cap XVII ll 13 14 p 346 infra), ad Tomium Damasi (p 288 supra, l 79) potius referendas putes quam ad symbolum Nicaenum, commentarius noster post annum 378 necesse est differatur.

Ne tamen tractatum in saeculum quintum deducas, obstant rationes undique collectae: exempli gratia

1. *De Spiritus sancti persona ac doctrina paene omnimodo tacet noster: uide XIV 1-4 XIX 2-4 (pp 343, 347). e contrario habes apud Orientales S. Athanasii epistulas anno 358 ad Serapionem datas, habes anno 376 librum S. Basilii Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος celeberrimum: quos non multo interuallo secuti sunt Occidentales, iam enim intra annos 370-380 fidem de sancto Spiritu orthodoxam definierant concilia sub Damaso papa Romae habita (uide supra pp. 283-285, 290-294), iam anno 381 librum De Spiritu sancto ad Gratianum imperatorem transmiserat S. Ambrosius. confer Ambrosiastri Quaest. CXXV (circa A. D. 380-390), qui inuehitur in libellum quendam Eusebii (Vercellensis? uel potius Caesariensis?) miratus tantae doctrinae uirum dixisse quia nec Spiritus sanctus sciat mysterium natiuitatis domini Iesu Christi.*

2. *Hereticorum priscorum tantummodo mentio fit, scilicet Arrii atque Arrianorum, Sabellii, Marcionis (uide indicem II p 348 infra); sed de Photino de Eunomio de Macedonio de Apollinari uix siluisset qui post annum 390 symbolum exponeret.*

3. *Epistula ad Hebraeos cum disserenti de persona Christi aptissimos locos suppeditet, neque a nostro (theologo si quis alius in sacris Scripturis uersato) usquam laudetur, canoni Noui Testamenti certum est ab eo non esse adiudicatum. in qua re cum S. Cypriano consentit, cum Lactantio, cum Optato, cum Gregorio Eliberitano, cum Speculo quod falso uocatur Augustini: contra agnoscunt eam catalogi librorum canonicorum Romanus anni 382 et Carthaginensis anni 397, necnon e scriptoribus S. Hilarius, Lucifer Calaritanus, Marcellinus et Faustinus Luciferiani (quorum libellus Theodosio imperatori anno 380 porrectus est), Priscillianus, Pacianus Barcinonensis, Ambrosius, Hieronymus, Pelagius, Augustinus.*

4. *Priscae homo doctrinae, credit noster aemulatione deiectos esse angelos, facturae hominis inuidos (cap VIII l 61, p 337 infra): idem docent S. Iustinus Martyr, Athenagoras, S. Irenaeus, Tertullianus, S. Cyprianus, S. Gregorius Nyssenus. contra per superbiam peccauisse angelos primus fortasse adseruit Origenes, quem sequebantur inter graecos Eusebius Caesariensis et Gregorius Nazianzenus (S. Basilii exstant in utramque partem dicta), inter latinos, ut saepe fit, Hilarius Ambrosius Hieronymus. quinto saeculo uix quomquam reperias aliter sentientem: consortes opinionis cum Origene habes Antiochenos Ioannem Chrysostomum et Theodoretum, Alexandrinum Cyrillum, Hispanum Prudentium, in Africa Augustinum, Romae Leonem. confer I. Turmel, Revue d'histoire et de littérature religieuses (Parisiis A. D. 1898) iii 289-295.*

5. *Singularem et extra Africam fere inusitatam in numeris Psalmorum supputandis legem obseruasse S. Cyprianum Lactantium S. Optatum, psalmis primo et secundo in unum redactis (ita ut tertius psalmus pro secundo haberetur, quartus pro tertio etc.), luculenter demonstrauit Ioannes Mercati, quem et honoris et amicitiae causa nomino, D'alcuni nuovi sussidi per la critica del testo di S. Cipriano (Romae, A. D. 1899). hanc legem secutus, si fides codici tribuenda est, scribebat noster 'in septuagesimo psalmo DEVS IVDICIVM TVVM REGI DA' (Ps. lxxi [lxxii] 1: cap XIII l 6, p 343 infra): quamquam psalmum proximo loco sequentem sub titulo 'in septuagesimo secundo psalmo' ipse iam antea laudauerat (Ps. lxxii 23 [lxxiii 22]: cap I l 41, p 330).*

6. *Nomen Malachiel, pro Malachia cap I l 86 adhibitum, antiquitatis sane indicium est (etsi non ausim dicere id post annum 400 nusquam occurrere potuisse): confer librorum sacrorum catalogos (a) concilii Romani anno 382, uide The Journal of Theological Studies i (A. D. 1900) 558, (b) apud codicem epistularum Paulinarum Claromontanum (D₂); idem habent S. Irenaei interpres IV xvii 5 secundum codicem optimum, Commodianus Carmen apologeticum 345, Lactantius diuin. inst. IV xi 8 (una cum epitome eius xliii 5), et semel fortasse S. Cyprianus de dominica oratione 35 (ed. Hartel i 293).*

7. *Interpretatio librorum sacrorum a nostro adhibita ita antiquum sapit aeuum ut non facile credam eam quarto saeculo esse recentiore. de qua cum nimis longum sit singula recensere, unum locum, et illum quidem*

[cetera uide sis ad paginam 353]

INCIPIT FIDES NICAENA

1 Fides quae a patribus nostris exposita est
 cuneta breuiter comprehendit: sic enim
 spiritaliter omnia posuerunt, ut tota legis
 et prophetarum euangeliorum et aposto-
 5 lorum praecepta, dum fideliter legitur,
 illic posita esse monstrentur. nam dicit:
Credimus in unum Deum Patrem
omnipotentem uisibilium et inuisi-
bilium factorem. Patrem: non utique
 10 exinde **patrem** ex quo creauit omnia,
 ex quo hominem liberare disponens ad
 Exod iv 22 Moysen dicit **FILIVS PRIMOGENITVS MEVS**
ISRAHEL: ante hanc enim uocem quam ad
 Moysen loquitur et ipse se patrem esse
 15 testatur, intellegebatur a fidelibus et iustae
 uiuentibus quia et deus est pro potestate
 et dominus pro dominatione et pater pro
 pietate. sed si exinde pater dicitur ex
 quo scribura dicit, quomodo beatus
 20 Paulus apostolus clamat ad Ephesios **EX**
 Eph iii 15 **QVO OMNIS PATERNITAS IN CAELO ET IN**
TERRIS NOMINATUR? nimirum ut omnium
 sit pater caelestium, quantum *et* quomodo
 uoluit se dicere terraenorum. denique
 25 habemus et per prophetas **NONNE VNVS**
 Mal ii 10 **DEVS CONDIDIT NOS? NONNE VNVS PATER**
 fol 137 b **EST OMNIUM NOSTRUM?** | reprobatur et filios
 Is i 2 Israhel dicens **FILIOS GENERAUI ET EX-**
 Mal i 6 **ALTAUI**: et alibi **SI PATER SVM EGO, VBI**
 30 **EST GLORIA MEA? SI DOMINVS, VBI EST**
TIMOR MEVS?

Non ergo huic condicioni iungitur
 saluator generis nostri Christus, ut merito,
 cum dicitur deus dei filius, non semper
 35 fuisse monstretur: ista enim omnia,
 quibus postmodum pater est, aliquando
 non fuerunt. quod si *ad* condicionem

1 3. totā *cod* 6. monstretur *cod* 13. uoce
cod 23. quantum et quomodo *scripsi*:
 quantum quando *cod*² quantum quam | *ut*
*uidetur cod**

35. *ista scripsi*: ita *cod* 37. *ad*
condicionem scripsi: a *condicione cod** a
*condicione cod*²

Christus deus et dominus noster dei
 filius coniungitur, *ut* non semper cum
 40 patre fuisse dicatur, non in spiritu sancto
 in septuagesimo secundo psalmo locutus
 propheta creditur qui clamat et dicit **ET Ps lxxii 23**
EGO SEMPER TECVM (utique non audebat (lxxiii 22)
 propheta dicere quod ipse semper cum
 45 deo patre fuisset, de quo beatus apostolus
 Petrus ad increpationem Iudaeorum haec
 dixisse repperitur **LICEAT ME Audenter Act ii 29 31**
DICERE AD VOS DE PATRIARCHA DAVID
QVIA MORTVVS EST ET VIDIT CORR-
 50 **PTIONEM**). **SEMPER** enim dum dicit, et
 fuisse et futurum esse monstrauit; uno
 enim nomine et praeterita et futura
 significari noscuntur: si ex quo dicit
 futurum uellet intellegi, **ERO SEMPER**
 55 **TECVM** dixisset; sed cum dicit **EGO SEMPER**
TECVM, et fuisse et futurum esse hac in-
 sinuatione patefecit, hoc est, quod deus
 est de deo patre filius, deo enim non
 conpetit aliquando non fuisse.

60 Sed si confitetur subdola hereticorum
 mens quia Christus et dominus et deus
 noster dei patris omnipotentis est filius, cur
 dicit quia 'fuit quando non fuit'? 'quando'
 in uno uerbo multa blasphematur; negat
 65 deum quem non 'semper' confitetur,
 negat patrem cuius filium 'aliquando' non
 fuisse testatur; et dum putat ex compara-
 tione humana diuinam debere cogitari
 potentiam, aufert ipsam potentiam quam

38. *noster scripsi* (*cf l 62 inf*): non *cod*;
apud antiquissimos codices N̄ pro NOSTER
adhibetur, uide quae luculenter disputauit
L. Traube in libro suo egregio Nomina
Sacra (Monaci A.D. 1907) pp 206-212 39.
ut scripsi: et *cod* 40. *non in scripsi*:
nōn cod 58. *de scripsi*: sed *cod* 59.
conpatit cod

60. *subdola scripsi*: *subdole cod, fort*
recte 61. *quia*: *qua cod* 62. *noster*:
nēr cod, cf cap X l 16 infra; uide Traube
op cit p 228 omnipotentis: omnipotens
cod (cf Traube p 260 et cap X l 72 infra)
 64. *blasphematur cod* 69. *ipsa cod*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



TEM EIVS CLARITATEM QVASI VNIGENITI
 A PATRE PLENVM GRATIA ET VERITATE;
 Ipse quoque laudat Petrum quia co-
 25 gnouit et quid esset sciuit, dixerat
 Matt xvi 16 17 enim TV ES CHRISTVS FILIVS DEI, qua-
 propter audit BEATVS SYMON BARIONA QVIA
 fol 139 a NON | REVELAVIT TIBI CARO ET SANGVIS SED
 PATER MEVS QVI IN CAELIS EST; sic
 30 Nathanahel, merito innocentiae, et
 cognoscere meruit et laudem percipere,
 Io i 47 49 dixerat enim dominus ECCE ISRAHELITA
 IN QVO DOLVS NON EST, pro hoc ipse
 RABBI TV ES FILIVS DEI TV ES REX
 35 ISRAHEL; ipse dominus caeco curato
 Io ix 35-37 dicit TV CREDIS IN FILIVM DEI? qui
 dixit QVIS EST DOMINE VT CREDAM IN
 EVM? et dominus ET VIDISTI EVM ET QVI
 LOQVITVR TECVM IPSE EST; Iohannes
 40 quoque alibi dicit quod DEVM NEMO VIDIT
 Io i 18 VMQVAM, NISI VNIGENITVS FILIVS QVI EST
 IN SINU PATRIS, IPSE NARRAVIT; Ipse alibi
 Io xvii 1 PATER CLARIFICA FILIVM TVVM: qui etiam
 Matt xxvi 39 in confessione passionis suae PATER SI
 45 FIERI POTEST TRANSEAT A ME CALIX
 ISTE. quid etiam quaerentes sacerdotes
 Marc xiv 61 62 audiunt TV ES FILIVS BENEDICTI? ait
 EGO SVM: iterum alibi adiurant atque
 Matt xxvi 63 dicunt ADIVRAMVS TE PER DEVM VIVVM DIC
 64 50 NOBIS SI TV ES CHRISTVS FILIVS DEI, et
 audiunt VOS DICITIS. nec daemones latet,
 ut euangelistae testantur: ut in Matheo
 Matt iv 3 SI TV ES FILIVS DEI, DIC VT LAPIDES ISTI
 PANES FIANT: item cum uentis imperasset
 55 ut dominus, cum mare tranquillum fe-
 cisset, et discipuli quaerent qui esset iste
 Matt viii 27 cui uenti et mare obtemperarent, PERVE-
 28 29 NERVNT INQUID IN TERRA GERASSAENORVM
 ET OCCVRRERVNT HVIC DAEMONIA ET DIXE-

25. quid *cod*: fortasse legendum qui uel
 quis (*uide indicem p 352 sub uoce quis esset*)
 28. reuelabit *cod* 37. est: es *cod*
 credas *cod** 42. ipse narrauit *cod*:
 fortasse legendum ipse enarrauit 46.
 querentes *cod* 52. aeuangelistae ut uid
cod 56. quaerent *cod* 57. mari *cod*
 59. huic: fortasse legendum duo

60 RVNT, QVID NOBIS ET TIBI IESV FILI DEI?
 VENISTI ANTE TEMPVS TORQVERE NOS? sic
 et in Luca EXIEBANT A MVLTIS DAEMONIA Luc iv 41
 CLAMANTIA ATQVE DICENTIA, TV ES FILIVS
 DEI; ET INCREPANS NON SINEBAT EA LOQVI,
 65 QVIA SCIEBANT CHRISTVM ESSE.

III Prosequuntur dicentes **Hoc est ex
 substantia Patris**: ut propriae filius,
 qui et VNIGENITVS et PRIMOGENITVS dictus Io i 14 18
 est, solus **ex substantia Patris** esse Col i 15
 5 dicatur.

IV **Deum de Deo**. Et Ipse testatur EGO EX Io viii 42
 DEO EXIVI ET VENI: utique quasi filius | a fol 139 b
 patre. Ipse quaerenti Abrahae de filiis
 atque dicenti QVID MIHI DABIS? ECCE EGO Gen xv 2-4
 5 MORIOR SINE FILIIS, VERNACVLVS AVTEM
 MEVS HIC HEREDITABIT ME: NON ERIT HIC
 HERES TVVS, SED ALIVS QVI EX TE EXIET
 IPSE HEREDITABIT TE. natus de illo filius,
 ait, EXIET DE TE: quae fiunt enim non
 10 exire sed fieri dicuntur, unde longe est
 creatura a filio, quia quod creatur opificem
 habet quod nascitur patrem. *sed* et
 Daud de Abbessalon sic ait FILIVS QVI EX 2 Reg xvi 11
 ME EXIUIT. rite ergo in hoc uerbo, quod
 15 iam ad Abraham Ipse dixerat recapitu-
 lans, filium se dei patris ostendit, qui
 EX PATRE SE EXISSE discipulis praedicauit Io xvi 28
 [et ad Iudaeos ut manifestaret filium
 EXISSE *se* dicit A DEO]. Io viii 42

V Dicit iterum **Lumen de lumine**. Ha-
 bebimus in psalmo IN LVMINE TVO VIDE- Ps xxxv 10
 BIMVS LVMEN. ostenderunt qui fidem (xxxvi 9)
 conscriberunt quia deus pater lumen
 5 est et de deo patre lumen filius. quod
 beatus apostolus Iohannes aperuit DEVS I Io i 5

64. increpans: increpant *cod*

IV 3. querenti *cod* 6, 8. hereditauit *bis cod*
 9. ait *scripsi*: aut *cod* 10. dicuntur:
 discuntur *cod* 11. creatur *cod*²:
 creator *cod** 12. *sed scripsi*: ne *cod*
 18. et ad Iudaeos . . . a deo huc trans-
 ferenda duxi: habet *cod infra, uide cap v*
 l 13 19. exisse *se scripsi*: exisse *cod*
 v 6. apostolos *cod*

LV MEN EST ET TENEBRAE IN EO NON SVNT :
 Io i 9 unde in euangelio Iohannes FVIT LV MEN
 VERVM QVOD INLVMINAT OMNEM HOMINEM
 10 (lumen VERVM ideo dicit quia semper
 fuit atque futurum est), testatur et ipse
 Io viii 12 xii 46 saluator EGO SVM LVX QVI IN HVNC
 Io xii 35 MVNDVM VENI, et alibi AMBVLATE DVM
 LVCEM HABETIS NE VOS TENEBRAE CON-
 15 PRAEHENDANT.
 VI Deum uerum inquit de Deo uero.
 Hoc et saluator in euangelio Iohannis
 Io xvii 3 HAEC EST AVTEM VITA AETERNA VT COGNO-
 SCANT TE SOLVM ET VERVM DEVM ET QVEM
 5 MISISTI IESVM CHRISTVM. monstrauit se sic
 debere intellegi VERVM DEVM quemad-
 modum patrem, quomodo et saepe, re-
 petens quod in lege praediearat, DILIGES
 Matt xxii 37 (Luc x 27) DOMINVM DEVM TVVM EX TOTO CORDE TVO
 10 ET EX TOTA ANIMA TVA, SIMILITER ET
 PROXIMVM TVVM. qui non intellegentibus
 qui esset PROXIMVS et nescientibus patae-
 fol 140 a fecit, | QVID VOS VIDETVR DE CHRISTO?
 Matt xxii 42 CVIVS FILIVS EST? qui dixerunt, DAVID :
 45 43 44 15 ille ait SI IN SPIRITV VOCAT EVM DOMINVM,
 QVOMODO FILIVS EIVS EST? scribturn est
 enim DIXIT DOMINVS DOMINO MEO et cetera :
 Zach iii 2 item deus de deo dicit per Zachariam.
 Luc x 29 30 et in Luca cum Pharisaeus PROXIMVM
 20 non intellexeret, hominis uulnerati fecit
 comparationem, qui Ipsius pietate curatus

8. Iohannes : fortasse praemittendum tes-
 tatur, ut in l II 13. ueni : post hoc uerbum
 habet cod et ad iudaeos ut manifestaret filium
 exisse dicit a deo, quae supra transtuli, uide
 cap IV l 18 14. luce cod conphendat cod
 VI 2. aeuangelio cod 3. uitā aeternā cod
 7. quomodo et saepe scripsi : quomodo
 ut saepe cod 8. diligis cod 13. uos
 cod : fortasse legendum uobis 18. item
 deus de deo dicit per Zachariam cod :
 quae uerba ideo ad Zach iii 2 (καὶ εἶπε κύριος
 πρὸς τὸν διάβολον Ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ
 διάβολε καὶ ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξά-
 μενος τὴν Ἱερουσαλήμ) rettuli, quia ibi deus
 de deo dicit tamquam alter de altero ; ita
 ut duae personae sint, et qui dicit et de quo
 dicitur

est. ideo se alibi, cum discipuli VIAM Io xiv 5 6
 ignorare dicerent, ait EGO SVM VIA VERITAS
 ET VITA : ueritas pater, ueritas filius,
 25 quia ut pater semper, sic semper est
 filius.

VII Natum non factum. Quod et supe-
 rius diximus, 'quod nascitur' patrem cap IV l II
 monstrat, 'quod fit' opificem. et quod supra
 de eo natum est quod semper fuit,
 5 semper fuisse monstratur ; quia solus
 uniuersam rerum naturam ipsa genera-
 tione praecessit. si enim Arrianorum
 peruersa doctrina blasphemans in pa-
 trem denegat filium, creaturae magis
 10 dicit principium, quia legit dictum esse
 per prophetam DOMINVS CONDIDIT ME et Prou viii 22
 rerum naturam. denique quid Melchise-
 dech ad Abraham dicit? ET BENEDICTVS Gen xiv 19 20
 DEVS EXCELSVS QVI CREAVIT CAELVM ET
 15 TERRAM. quid quoque homines audiunt
 per prophetam Micheam, NONNE DEVS Mal ii 10
 VNVS CONDIDIT NOS? NONNE PATER EST
 VNVS OMNIVM NOSTRVM? si ergo hoc
 nomine nuncupatur filius, ut Arriani
 20 dicunt, creatura est ; audiuimus et nos
 quia creatura sumus ; et CREATVRA OMNIS, Rom viii 20
 ut apostolus dicit, VANITATI SVBIECTA EST :
 est ergo et similis nobis, si Arrianorum
 peruersa audiatur doctrina, est et
 25 VANITATI SVBIECTVS, qui filius testantibus
 scribturnis est nuncupatus. apostolus ipse
 increpat ad Romanos, ET SERVIERVNT Rom i 25
 inquit CREATVRAE POTIVS QVAM CREATORI
 QVI EST BENEDICTVS IN SAECVLA : | si filium fol 140 b
 30 dei creatum meminisset, numquam nec
 hos increparet, sed magis bene credi-
 disse sua scribtione laudaret. sed quia
 dicit ad Colosenses PRIMOGENITVS, et Col i 15
 subiungit TOTIVS CREATVRAE, ostendit
 35 duas res, seruans dei filium dum PRIMO-

VII 6. uniuersa rerum naturā cod genera-
 tione scripsi : ratione cod 10. esse
 scripsi : est cod 14. excelsū cod 16.
 Micheam cod : fortasse legendum Mala-
 chiam, sed cf I 86 19. nuncupatus cod

GENITVM dicit, ostendens etiam ipsum
 Col i 16 esse creatorem dum PER IPSVM FACTA
 SVNT VNIVERSA. occurrit etiam euangelista
 Io i 3 et dicit OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT ET
 40 SINE IP SO FACTVM EST NIHIL. si ergo PER
 IPSVM FACTA SVNT OMNIA ET SINE IP SO
 Col i 15 FACTVM EST NIHIL, est PRIMOGENITVS a
 patre, est et CREATVRAE TOTIVS operator;
 Col i 16 ut apostolus dicit, QVONIAM IN IP SO CON-
 45 DITA SVNT OMNIA IN CAELIS ET IN TERRA
 VISIBILIA ET INVISIBILIA SIVE SEDES SIVE
 DOMINATIONES SIVE PRINCIPATVS SIVE PO-
 TESTATES, OMNIA PER IPSVM ET IN IP SVM
 CREATA SVNT. si PER IPSVM, quasi per
 50 filium dei; si IN IP SVM, ostendit susce-
 ptionem creaturae. denique prosequitur
 Col i 17 18 ET IP SE EST ANTE OMNES ET OMNIA IN
 IP SO CONSTANT, ET IP SE EST CAPVD COR-
 PORIS ECCLESIAE, QVI EST PRINCIPIVM
 55 PRIMOGENITVS A MORTVIS: seruauit sem-
 per et filium dei *de* deo patre, seruauit et
 susceptionem creaturae id est hominis.
 Col i 18-20 denique prosequitur VT FIAT IN OMNI-
 BVS IP SE PRIMATVM TENENS, QVONIAM IN
 60 IP SO CONPLACVIT OMNEM PLENITVDINEM
 INHABITARE ET PER EVM CONCILIARE
 OMNIA. nam si non seruaueris et dei
 filium ostendens et creaturam monstrans
 omnia patafeceris, occurret tibi quod
 65 superius dictum est PRIMOGENITVS A MOR-
 TVIS. numquid a morte generatus est,
 ad quam confundendam descenderat
 Christus, quam ut triumpharet dei filius
 hominis filium suscepit? mors utique ad
 70 deum pertinere non potuit, nec A MOR-
 fol 141 a TVIS | PRIMOGENITVS potest dici: sed PRI-
 MOGENITVS dei filius hominem quem
 suscepit uictoria uirtutis suae liberans,
 primum donum immortalitatis patri uictor
 75 reportauit. quod et ipse alibi apostolus
 1 Cor xv 23 PRIMITIAE CHRISTVS DEINDE QVI SVNT
 CHRISTI.

38. etiam scripsi: enim *cod* aeuangelista
cod 56. dei de deo patre scripsi: di
 dō patri *cod* 63. creatura *cod* 73.
 uictoriā *cod*

Sic enim intellegendum est quod
 Salomon dicit DOMINVS CONDIDIT ME Prou viii 22
 80 [INITIVM VIARVM SVARVM]: ut ostenderet
 quia de corpore humano, quod ac-
 cepturus erat, dei filius loquebatur,
 prosecutus est INITIO VIARVM SVARVM.
 potuit itaque INITIO angelos dicere, po-
 85 tuit caelos nuncupare, potuit aelementa:
 VIARVM autem dum dicit, discensus
 et ascensus sui. QVI ENIM DISCENDIT Eph iv 10
 IP SE EST QVI ASCENDIT, QVI EST SVPER Rom ix 5
 OMNIA DEVS BENEDICTVS IN SAECVLA.
 90 denique quia praedestinata apud deum
 fuerat discensio filii sui, quia discensus
 nouissimo tempore hominis causa fuerat,
 in scribturis diuersae suum discensum
 demonstrabat, cum Adam requirit ad Gen iii 8 9
 95 uesperum, cum se ut hominem Abrahae Gen xviii 1
 ostendit, cum luctatur cum Iacob, cum Gen xxxii 24
 Iesus aduersariorum putaret hominem; Ios v 13
 monstrabat quod facturus erat nouissimo
 tempore. ideo INITIO uiarum suarum,
 100 nihil enim ignaro deo gestum est, nec ut
 alia cogitanti alia prouenerunt, ut ideo
 postea ex necessitate cogitauerit mittere
 sed sciens quia libertatem suam male
 habiturus erat homo, quia diabolus per-
 105 suasurus, ante disposuit et quae futura
 erant ut sciens ordinauit. denique si
 hoc solum uoluisset intellegi quod de
 hoc capitulo Arriani auditis, ut secundum
 uestram disputationem deum potius filium
 110 procreasse quam generasse, | ANTE OMNES fol 141 b
 inquit COLLES GENVIT ME. dicit itaque Prou viii 25
 et generatum. an haec res te erigit

80. initium uiarum (uirum *cod**)
 suarum *cod*: ideo in uncinis inclusi quia
 scribae additamentum esse uidetur 84.
 itaque *cod*: fortasse legendum utique
 initio *suppleui*: om *cod* 86. discensus
 et ascensus sui *cod*: fortasse *supplendum*
 memoratur 97. putaret *cod*: fortasse
 legendum reputat 101. cogitandi *cod**
 (corr m p) ut scripsi: et *cod* 104.
 habiturus scripsi: habitus *cod* 109.
 potius scripsi: potens *cod*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

- 180 SVBIECTVS quia facile persuasus. denique
quid dicit spiritus per Salomonem?
Sap ii 23 24 DOMINVS CREAVIT HOMINEM INEXTERMINA-
BILEM ET AD YMAGINEM SVAE SIMILITVDINIS
FECIT ILLVM; INVIDIA AVTEM DIABOLI
185 MORS INTROIVIT IN ORBEM TERRARVM.]
denique et angeli facti sunt, testante
Ps ciii (civ) 4 scribtura in psalmo QVI FACIT ANGELOS
SVOS SPIRITVS ET MINISTROS SVOS IGNUM
cf cap VIII
ll 59-61 190 extiterunt, sic denique diabolus cum
angelis suis damnatur, ut apostolus
fol 142 b beatissimus AN NESCITIS QVIA | ANGELOS
I Cor vi 3 IVDICABIMVS? factum legimus et caelum,
factam et terram. et tamen haec
195 omnia ueterescere et inmutari habere
scribtura testante cognoscimus: dicit
Ps ci 26 27
(cii 25 26) enim in psalmo INITIVM TERRAM TV FVN-
DASTI DOMINE ET OPERA MANVVM TVARVM
Is li 6 SVNT CAELI, IPSI PERIBVNT TV AVTEM PER-
200 MANEBIS IN AETERNVM: et Esaias TOLLITE
inquit IN CAELVM OCVLOS VESTROS ET
ASPICITE IN TERRA DEORSVM, QVIA CAE-
LVM VT FVMVS SOLIDATVM EST TERRA
AVTEM SICVT VESTIMENTVM VETERESCIT,
205 QVI VERO INHABITANT SICVT HAEC MORI-
ENTVR: SALVTARE AVTEM MEVM IN AE-
TERNVM MANET, IVSTITIA AVTEM MEA NON
DEFICIET. cognoscens ergo quia seruavit
scribtura honorem fili quem SALVTARE
210 appellavit AETERNVM, quomodo dicis quia
'fuit quando non fuit'? si enim fuit
quando non fuit, quomodo potest
AETERNVS nuncupari?
Sed reuertamur ad facturam. ecce facta
215 sunt omnia et soluenda sunt: POST TRI-
BVLATIONEM AVTEM DIERVIM ILLORVM SOL
Matt xxiv 29
(Marc xiii 24
25) OBSCVRABITVR ET LVNA NON DABIT LVMEN
SVVM, STELLAE CADENT DE CAELO ET
VIRTUTES CAELORVM MOVEBVTVR. uides
- 220 ergo facturam accipere dissolutionem,
filium autem dei et semper esse et
semper futurum esse. qui si 'fuit quando
non fuit,' et factus est, ut peruersa Arri-
anorum mens loquitur, trahitur ad
225 naturam et participem suum possunt uni-
uersa tenere. quomodo dominus naturae
est, quomodo totius creaturae opifex, si
et ipse factus dicitur? sed si nomen
facturae male interpretaetur, si apostolos
230 putas uel prophetas dixisse de creatura,
habes et alibi dictum esse per Hiezechiel
ET FACTA FST SVPER ME MANVS DOMINI Ezech xxxvii 1
ET EXTVLIT ME IN MEDIO CAMPO. quid
est FACTA EST SVPER ME MANVS DOMINI?
235 quas hic adferes interpretaetiones? fol 143 a
FACTAM enim MANVM DOMINI dicit SVPER
hominem: ergo ab alio manus dei facta
est, et quomodo manus dei operatur
omnia si ipsa SVPER hominem FACTA
240 dicatur? quomodo legis MANVS MEA Is lxvi 2
FECIT HAEC OMNIA et MANV MEA SOLI- Is xlv 12
DAVI CAELVM, et hic legis FACTAM MANVM
SVPER hominem? habes et alibi ET Gen xv 1
FACTVM EST VERBVM DOMINI AD ABRAHAM
245 DICENS: quomodo VERBVM dei FACTVM
EST AD ABRAHAM, ut ibi quod primum
erat Verbum dei, et dum dicitur factum Gen i 3 etc
est, intellegatur Abrahae esse dictum? Ps cxlviii 5
aut quas alias adferre potes interpreta-
250 tiones? ut VERBVM dei, ante omnia
dicis: hic autem AD ABRAHAM dicit esse
FACTVM. numquid exinde FACTVM EST,
ut merito FACTVM dicatur? sed signifi-
cantia haec est, ut FACTVM EST dicatur
255 quod 'statim loquitur': ut ad prophetas
saepe dictum est ET FACTVS EST SERMO Hier xiv 1 etc,
DOMINI AD HIEREMIAM, ET FACTVM EST i 11 (i 1) etc
VERBVM DOMINI AD ME DICENS. sic ergo

185. introibit *cod* 200. aesaias *cod* 205.
inhabitat *cod* 208. cognoscens *scripsi*:
cognosces *cod* seruabit *cod* 209. scri-
bturas *cod** quem *scripsi*: qui *cod* 210.
aeternum (aeternū) *scripsi*: aeterna *cod*
214. factura *cod*

224. ad naturam *scripsi*: a natura *cod*
229. malae *cod* apostolus *cod* 230. pro-
phetas *scripsi*: propheta *cod* 236. dicit
scripsi: dicis *cod* 241. manu (τῆ χειρὶ):
manus *cod* 246. quod *scripsi*: q. *cod*
248. intellegatur *scripsi*: intellegitur *cod*
249. potes: potest *cod*

FACTVM intellegimus dum loquitur, dum
260 uoluntatem dei patris prodit, dum quid
obseruare homines deberent ut dei hoc
uerbum homines corrigit.

VIII Prosequitur in fide **Vnius substantiae**
cum Patre, quod graeci dicunt ho-
mouision. Non solum **ex substantia**
patris, sed et unius substantiae dicit.

5 unum, quod **ex substantia patris** nascitur
filius et est persona secunda; aliud, quod
diuinitas non diuiditur, et uirtus paterna
quae in filio est non saeparatur, sed una
in duabus personis permanens indiuisa

10 una est, etiam si per aliam personam
ministretur. denique et lege probamus,

// 14-92 et per prophetas dictum adserimus, et per

// 93-102 saluatorem manifestatum aperimus.

// 103-167 In principio ipso, cum hominem facere
fol 143 b 15 disponeret, **FACIAMVS** inquit **HOMINEM** | **AD**
Gen i 26 **YMAGINEM ET SIMILITVDINEM** **NOSTRAM?**

unita uirtus ostenditur, quando ad opus alia
persona consulitur: non quo non ualebat,
sialiam nollet intellegi personam in unitate
20 uirtutis esse coniunctam, quod uolebat
efficere, aut habens iubendi potestatem
nullius sibi uirtutem socians atque con-
siliu iungens iubere ut fieret, aut sine
interrogatione facere quod ipse uellet.

25 quo sermone poteris aut tu, Arrie, aut
Sabelli excusari? qui longe deiungis quem
filium dicis, aut tu qui ipsum patrem
ipsumque filium nuncupas? non egebat,
Arrie, istius sibi uirtutem sociare aut
30 in consiliu hunc ducere quem, licet ut
ipse dicis 'principium rerum fecerat,'
tamen fecerat. sed quia filius, qui

VIII 7. diuidetur *cod* 11. ministretur *cod*²:
monstretur *cod**

18. consuletur *cod* 19. alia .. persona
cod 23. iubere .. facere *scripsi*: iuberet
. . . faceret *cod* 25. arriae *cod* 26.
excusari *scripsi*: excusare *cod* 28.
egebat *scripsi*: egebas *cod* 29. arrii *cod*
30. hunc ducere *scripsi*: huic dicere *cod*,
fortasse recte

semper in patre, qui merito per
uirtutum nomina, quae inseparabiliter in
35 re aliqua cuius sunt semper perseuerant,
nuncupatus est, ritae consulitur et in
opere aduocatur: est enim Sapiencia qua
cuncta cogitantur, Virtus qua fiunt,
Verbum quo facta nuntiantur. ritae
40 ergo consuluit sensu Sapienciam suam,
Virtute conpult, Sermone patefecit. [sic
omnia alibi IN SAPIENTIA facta dicit: Ps ciii (civ) 24
quomodo Arriani dicunt hoc quia 'facta
est Sapiencia,' quando nihil sine Sapiencia
45 fit? prius est enim sapere aliquid et sic
est implere.] tu quoque, Sabelli, ex
hoc agnosce aliam esse personam Verbi.

clamat Iohannis et dicit IN PRINCIPIO *Io i r*
ERAT VERBUM ET VERBUM ERAT APVD DEVM

50 ET DEVS ERAT VERBUM. uides ergo quia
APVD patrem alius in persona et nomine
est filius, uirtute tamen et potestate
coniunctus. **FACIAMVS** enim dum unus *Gen i 26*
dicit, aliae se personae dicere ostendit:

55 sed nolo sic sapias filium negans, qui
christianum tibi nomen uindicat, ut
Iudaei dicunt angelis esse dictum. deus
angelorum uirtute | in opera non egebat, *fol 144 a*
et maximae ante delictum aliquorum

60 angelorum, quia *qui* post hominem
aemulatione deiecti sunt uno nomine
angeli dicebantur. numquam ergo ad
hoc tantum opus hos aduocaret quos
scilicet in parte perituros sciebat: sed
65 hunc aduocauit quem suum et proprium
nouerat, quem quia ut ipse nouerat *cf cap VII*
l 124

33. merito *scripsi*: meritum *cod* 36.
nuncupatus; *praem eā cod* consolitur
cod 37. sapientiā *cod* 41.
sic omnia alibi . . . sic est implere:
quae in uncinis includuntur huc transtuli
e l 84 infra, certe e peruerso loco, nescio
an in rectum *sio cod*²: si *cod** 51.
nomine *scripsi*: nomen *cod* 54. aliae
se scripsi; alia esse *cod* 55. negans
scripsi: negas *cod* 60. quia qui *scripsi*:
quia *cod* 63. opū *cod* hos *cod*²:
hoc *cod** quos: quod *cod*

generauerat filium nuncupabat, qui ex
 Prou viii 27 persona sui clamat per prophetam CVM
 28 30 31 PARARET CAELVM ADERAM ILLI, ET CVM
 70 SECERNERET SEDEM SVAM, CVM SVPER VEN-
 TOS VALIDAS FACERET DE SVMMO NVBES ET
 CVM CONFIRMATOS PONEBAT FONTES SVB
 CAELO, EGO ERAM POENES ILLVM COM-
 PONENS, EGO ERAM AD QVEM CONGAVDEBAT,
 75 COTTIDIAE AVTEM IOCVNDABAR ANTE FACI-
 EM EIVS CVM LAETARETVR ORBE PERFECTO :
 aperuit quia filius patri loquebatur : hunc
 in opere aduocabat. denique *prosequitur*
 Gen i 27 post factum hominem et dicit ET FECIT
 80 DEVS HOMINEM AD IMAGINEM DEI : alius
 utique qui FECIT, et alius AD cuius SIMILI-
 TVDINEM factus est. et ut ostenderet
 saluator generis nostri Christus quia ipse
 Gen ii 7 HOMINEM PLASMAVIT E LYMO TERRAE,
 Io ix 6 85 EXPVIT IN TERRA ET LVTVM FECIT et
 Gen ii 7 caeco oculos reddidit. *sicut* INSVFFLAVIT
 IN Adam et ANIMAM VITAE dedit, sic et
 Io xx 22 23 discipulis post passionem suam fecit : ET
 INSVFFLAVIT inquit IN ILLOS ET AIT
 90 ACCIPITE SPIRITVM SANCTVM, CUIVS REMI-
 SERITIS PECCATA DIMISSA ERVNT IN CAELO,
 QVORVM TENVERITIS DETENTA ERVNT.
 fol 144 b Quid Esaias clamat et dicit? | LABORAVIT
 Is xlv 14 15 AEGYPTVS ET NEGOTIATIO AETHIOPVM, ET
 95 SABAI VIRI EXCELSI POST TE AMBVLAVNT
 VINCTI CONPEDIBUS ET POST TE SEQVENTVR
 ET IN TE DEPRAECABVNTVR, QVONIAM IN
 TE EST DEVS ET NON EST DEVS PRAETER
 TE : TV ES DEVS ET NON SCIERVNT. CUM
 100 ergo dicit TV ES DEVS et IN TE EST DEVS,

67. generauerat *scripsi* : generat *cod*
 69. pararet *scripsi* : pareret *cod*, cf *Cypr*
 Test ii I *cod* A adheram *cod* 70. cum
 super uentos *cod*, cum *Cypr* Test ii I
 74. ad quem *scripsi* : atque *cod* 78.
psequitur cod 80. dei : + suā *cod**
 84. e : ae *cod* terrae : *post hanc*
uocem habet cod sic omnia . . . sic est
 implere, uide supra ll 41-46 86. caeco
scripsi : caecos *cod*, fortasse recte *sicut*
scripsi, cf VII 174 : sic et *cod*
 93. aesaias *cod*

non utique *unum* sed manifestissimae
 duos in una uirtute coniunctos ostendit.

Quod saluator seruans Phylippo quere-
 renti clamauit et dixit TANTO TEMPORE Io xiv 9
 105 VOBIS CVM SVM ET PATREM QVAERITIS
 PHYLIPPE? QVI ME VIDIT VIDIT ET PATREM :
 non unum se faciens aut unam personam
 ostendens, sed de aeternitate atque
 uirtute inseparatum sciens ignorantibus
 110 pataefecit. quid denique alibi, EGO IN Io xiv 10
 PATRE ET PATER IN ME? et iterum unam
 sciens operam aeternitatem uirtutem,
 clamauit et dixit OMNIA MEA TVA SVNT ET Io xvii 10
 TVA MEA : *sciuit* aliam se a patre habere
 115 personam, una tamen se uirtute esse
 coniunctum. *prosequitur* in ipso capi-
 tulo CLARIFICATVS SVM inquit IN EIS : ET Io xvii 10
 IAM NON SVM IN HOC MVNDO, ET HII IN HOC II 12
 MVNDO SVNT ET EGO AD TE VENIO. PATER
 120 SANCTE, SERUA EOS IN NOMINE TVO. ET IN
 MVNDO CVM ESSEM CVM EIS, EGO SERUA-
 BAM EOS : ostendit se sicut pater posse
 seruare. denique *prosequitur* SICVT ME Io xvii 18-24
 MISISTI IN HOC MVNDO, ET EGO MISI EOS IN
 125 HVNC MVNDVM : ET PRO EIS SANCTIFICO ME
 IPSVM VT SINT IPSI SANCTIFICATI IN VERI-
 TATE. NON PRO HIS AVTEM ROGO TANTVM,
 SED ET PRO HIS QVI CREDITVRI SVNT PER
 SERMONEM EORVM IN ME, VT OMNES VNVM
 130 SINT ; SICVT TV PATER IN ME ET EGO IN TE,
 VT ET IPSI IN NOBIS SINT ET MVNDVS CREDAT
 QVIA TV ME MISISTI. ET EGO CLARITATEM
 QVAM DEDISTI MIHI DEDI EIS, VT SINT VNVM
 SICVT NOS VNVM, ET EGO IN EIS ET TV IN
 135 ME, ET SINT CONSVMMATI IN VNVM, ET
 COGNOSCAT MVNDVS QVIA TV ME MISISTI ET fol 145 a

101. unum *coniectura suppleui* : om *cod*
 102. duos *scripsi* : dum *cod*
 103. querenti *cod* 105. queritis *cod* 114.
sciuit scripsi : soluit *cod* 115. se uirtute
scripsi : seruitute *cod* 119. et *scripsi* :
om hic cod, habet manu prima super lineam
post serua eos 120. sanctae *cod* 131.
nobis scripsi : uobis *cod* 133. dedi *cod** :
 dedi* (*fortasse dedit*) *cod** 135. et (*ante*
cognoscat cod, cum *cod* b *Euangeliorum*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



200 deo patre processit, ut ipse dixit se EX
 Io viii 42 DEO EXISSE. quod beatissimus apostolus
 Phil ii 6 7 Paulus ostendens, IN FIGVRA DEI CONSTI-
 TVTVS NON RAPINAM ARBITRATVS EST ESSE
 SE AEQVALEM DEO SED SE IPSVM EXINANIVIT
 205 FORMAM SERVI ACCIPIENS. quid est AEQVA-
 LEM DEO? habens sempiternitatem,
 unam cum patre aeternitatem possidens,
 SE EXINANIVIT dum hominis corpus acci-
 pit, dum immortalis et sempiternus crea-
 210 turam suscipit, iniurias patitur, mortem
 Act ii 32 suscepti corporis sentit. sed SVSCITAVIT
 DEVS, et non solum corpus quod susce-
 perat sed et alia: in euangeliis ita dicit
 Matt xxvii 52 MONVMENTA APERTA SVNT ET MVLTORVM |
 fol 146 a 215 CORPORA SANCTORVM SVNT SVSCITATA.
 Habemus et alibi apostolum dixisse,
 Col i 15 QVI EST IMAGO DEI INVISIBILIS. IMAGO
 utique numquam diceretur si non similis,
 si non aeterna, si non totam patris in se
 220 similitudinem possidens. sed hac ratione,
 Arriae, times 'similitudinem' dicere, quia
 non potes nisi aeternam confitearis: dum
 aeternum et coaeternum negas filium, et
 apostolo contradicis, contradicis etiam om-
 225 nibus scribituris. nullam enim aliam 'si-
 militudinem' patris dicit filium nisi quod
 aeternus et coaeternus est patri, quippe
 qui semper est, et ab hoc deo patre
 inuisibili humani generis causa uisibilis
 230 esse uoluit, ut nos per uisibilem et inuisi-
 bilem deum uidere possemus. denique
 Matt v 8 cum docet in euangelio sic ait, BEATI

201. quod scripsi: quid cod 203.
 rapina cod 205. forma cod 207.
 patre aeternitatem scripsi: patrē aeter-
 nitate cod possidens se exinaniuit
 (possidens se exinaniuit) scripsi: possidens
 exinaniuit cod 210. suscepit cod
 222. potes scripsi: potest cod 223.
 quo aeternum cod 224. apostolo
 scripsi: apostolos cod contradicis 1°:
 contradicis cod 225. aliam scripsi:
 etiam cod 226. filium cod*: fortasse
 filii cod² 230. uisibilem scripsi:
 uirtutem cod 232. aeuangelio cod

MVND0 CORDE QVONIAM IPSI DEVM VIDERVNT;
 utique ostendit uidere habere patrem qui
 235 MVND0 CORDE ESSE uoluerint: sed uide-
 bunt patrem per filium; QVI ENIM FILIVM Io iii 36
 NON CREDIDERIT, et sic crediderit ut
 aeternum de aeterno et sempiternum de
 sempiterno confiteatur, deum patrem NON
 240 VIDEBIT, qui nec filium in terra cognouit.
 hoc est QVI ME VIDET VIDET ET PATREM: Io xiv 9
 nisi enim qui intellexerit filium, deum
 patrem non uidebit.
 IX Per quem omnia facta sunt siue
 quae in caelo siue quae in terra.
 Dicit enim euangelista OMNIA PER IPSVM Io i 3 4
 FACTA SVNT ET SINE IPSO FACTVM EST
 5 NIHIL; QVOD FACTVM EST IN IPSO VITA
 EST (merito, QVIA DEVS MORTEM NON Sap i 13
 FECIT NEC LAETATVR IN PERDITIONEM
 VIVORVM) ET VITA ERAT LVX HOMINVM.
 quia lux de deo patre, | sic VITA de deo fol 146 b
 10 patre filius, cui uitam concessit. OMNE Io v 26
 inquit QVOD DEDISTI MIHI VT DEM EIS Io xvii 2 3
 VITAM AETERNAM, HAEC EST AVTEM VITA
 AETERNA VT COGNOSCANT TE SOLVM DEVM
 ET QVEM MISISTI IESVM CHRISTVM.
 X Qui propter nos homines et propter
 nostram salutem descendit et in-
 carnatus est, homo factus est.
 Descendit et in paradiso, apparuit et cf cap vii l 93
 5 patribus: nunc autem incarnatus, se-
 cundum quod et prophetae dixerunt et
 euangelistae aperuerunt, quod dei filius
 filium hominis habebat accipere, ut qui
 fecerat in principio repararet in posterum,
 10 ut duo nomina quae dicta erant primo et
 secundo opere conplerentur: dixerat
 enim AD IMAGINEM, prosecutus est ET Gen i 26
 SIMILITVDINEM, ut IMAGO adsumptionem

234. uideri cod 236. filium ut uid cod*:
 filiu (fortasse pro filio) cod² 237.
 crediderit 2°: crederit cod* 241.
 uidet uidet cod: fortasse legendum uidit
 uidit, cf l 106 supra
 IX 10. cui scripsi cum Io v 26: qui cod uita
 cod omnem cod
 X 10. erant scripsi: erat cod

hominis monstraret, SIMILITVDO aeterni-
 15 tatem suspiceret. ait enim propheta sic,
 Baruch iii 36- IS DEVS NOSTER ET NON DEPVTABITVR
 38 ALIVS ABSQVE ILLVM; una Virtutis causa,
 quia cum patre coniunctus est: QVI
 INVENIT inquit OMNEM VIAM PRVDENTIAE,
 20 quasi Sapiaentia patris: ET DEDIT EAM
 IACOB PVERO SVO ET ISRAHEL DILECTO SIBI,
 Gen xxviii 14 cum illum benedicit cuius benedictio
 per filium ad omne hominum genus
 monstrabatur habere uenire: POSTHAEC
 25 inquit IN TERRIS VISVS EST ET CVM
 HOMINIBVS CONVERSATVS EST. VISVS EST
 inter homines hominem portans: quia
 non decebat ueritatem mendacio homines
 inludere, ut hominem se monstraret qui
 30 hominis corpus non habebat. taceat
 Marchionis peruersitas, quae negat deum
 humanam carnem portas|se, erubescens
 fol 147 a scilicet deo humanum corpus adscribere,
 uteri et uentris causas praetendens
 35 quibus natiuitas formari consueuit.
 si hominis causa deus, et plasmator ipse
 dei filius, cur non operis sui causa
 descendit, cur intra suum opus se non
 continuit, quando tu qui denotare istas
 40 sordes conaris in tuo te opere uel terra
 fabricatis domibus consueuisti extollere
 et firmum reputas quod infirmus facis?
 denique opus tuum superuiuet, et si ante
 te esse non potuit tamen post te plus
 45 stabit: quid de aeterno, quid de immor-
 tali opifice iudicabis, qui tuum opus saepe
 laudare contendis? SAPIENTIA inquit
 AEDIFICAVIT SIBI DOMVM: quam DOMVM
 AEDIFICAVIT SAPIENTIA nisi hominem, ut

Prou ix 1

15. suspiceret scripsi: susciperet cod,
 fortasse recte 16. is: his cod noster:
 nēr cod, ut cap I l 62 supra 17. illum
 scripsi cum Cypr Test ii 6 codd A L: ullum
 cod 23. omnem cod 33. deo scripsi:
 dñ cod 37, 38. quur bis cod 42. firmum
 reputas scripsi: firmiore putas cod 43.
 superuiuet scripsi: superuiues cod 44.
 te plus scripsi: templus cod; fortasse
 legendum te amplius 45. aeternū cod

50 legimus, cui et primum munus ANIMAM Gen ii 7
 INSVFFLAVIT et de sua uiuacitate immor-
 talem corpori possessionem concessit?
 quia ergo homo non solum ipsius opus
 erat sed et pignus, ritae descendit,
 55 ritae IN SVA HABITAVIT, ritae quod diaboli Io i 11 14
 fraude et illicita libertate fuerat deceptum
 sua uirtute ad aeternitatem produxit.
 Denique sic et euangelistae testantur.
 quid audit Maria loquente Gabrihelo?
 60 HABE inquit GRATIA PLENA, DOMINVS Luc i 28 31 34
 TECVM. et prosequitur ECCE IN VTERO 35
 ACCIPIES ET PARIES FILIVM ET VOCABIS
 NOMEN EIVS IESVM, IPSE ENIM SALVABIT Matt i 21
 POPVLVM SVVM A PECCATIS EORVM. cui
 65 respondens ait QVOMODO ERIT HOC, QVIA
 VIRVM NON COGNOVI? ait SPIRITVS SANCTVS
 SVPERVENIET IN TE ET VIRTVS ALTISSIMI
 OBVMBRABIT TIBI, QVAPROPTER QVOD
 NASCETVR EX TE VOCABITVR FILIVS DEI.
 70 quid euangelista Iohannis, | qui non fol 147 b
 inmerito SVPER PECTVS DISCVMBENS salua- Io xiii 25
 toris, sciens filii omnipotentis dei myste- xxi 20
 rium quod de pectore consueuit exire,
 in principio euangelii sui clamauit et
 75 dixit? IN PRINCIPIO ERAT VERBVM ET Io i 1-3
 VERBVM ERAT APVD DEVM ET DEVS ERAT
 VERBVM: HOC ERAT IN PRINCIPIO APVD
 DEVM: OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT ET
 SINE IP SO FACTVM EST NIHIL. ET VERBVM Io i 14
 80 CARO FACTVM EST ET HABITAVIT IN NOBIS,
 ET VIDIMVS GLORIAM, GLORIAM TAMQVAM
 VNIGENITI A PATRE, PLENVM GRATIA ET
 VERITATE. sic homo dum corpus homi-
 nis suscepit, sic dei filius dum de deo
 85 patre procedens VERBVM CARNEM nostri
 corporis sumpsit. unde clamabat pro-
 pheta atque dicebat ET HOMO EST, ET Hier xvii 9
 QVIS COGNOSCET ILLVM? numquam pro-

51. immortale cod

60. habe cod 62. accipes cod 63.
 saluauit cod 68. obumbravit cod 70.
 quid scripsi, cf l 59: quod cod 72.
 omps cod, cf cap I l 62 73. pectore
 scripsi: peccatore cod 84. suscipit cod
 86. clamat cod 88. cognoscit cod

pheta hoc diceret, si hominem solum
 90 intellegi uellet: hominis enim unum
 nomen est, et quod est si hoc audierit
 iniuriam non sentit: dum loquitur QVIS
 COGNOSCET ILLVM, ostendit hominis per-
 sonam deum dei filium baiulare. hoc
 95 enim uidebatur exterius quod humanum
 est et quod mortale est, quod et con-
 praehendi et pati potest: deus autem,
 qui hominem susceperat, ex ministerio
 corporis *suscepti* quis esset interior uirtu-
 100 tibus declarauit, dum haec dicit quae de
 mortalibus membris numquam homines
 cogitare potuerunt. nauigat cum disci-
 pulis, iubet uentis, quiescit mare, dicunt
 Matt xiv 33 apostoli VERE FILIUS DEI ES. legionem
 105 daemonum uerbo fugat, corpus possessum
 liberat, ligabatur enim CATENIS et NON PO-
 TERAT teneri: quem excogitata hominum
 uincla retinere non poterant ut uel in cor-
 pore peruersum tenerent spiritum, hunc
 fol 148 a 110 iussu fugat, hominem cuius causa discen-
 derat liberat. suscitatur mortuum quasi deus,
 ostendit et inbecillitatem corporis sui ut
 crederetur quia uere inbecilla et humana
 membra portabat: esuriit sub diabolo,
 Matt iv 12 115 sitiit sub Samaritidem, plorauit super
 Lazarum. et tamen quis esset hisdem locis
 Io iv 7 xi 35 quibus humana infirmitas monstrabatur
 diuina statim manifestata potentia est:
 Matt iv 7 audit diabolus NON TEMPTABIS DOMINVM
 120 DEVM TVVM; audit Samaritis SI SCIRES
 Io iv 10 DONVM DEI ET QVIS EST QVI TIBI DICIT DA

92. iniuria *cod* 94. hoc: *bis cod* 96.
 conpraehendi *scripsi*: conpraehendit *cod*
 99. suscepti quis *scripsi*, cf VIII 211: si
 antiquis *cod* (*e mutilo ut conicio exemplari*
si . . . tiquis, quod scriba male callidus in
si antiquis compleuit) 104. es: est *cod*
 105. possensum *cod* 108. in corpore
 peruersum *scripsi*: in cor peruersum *cod*
 112. inbecillitate *cod* 113. humanā *cod*
 115. plorauit *scripsi*: plora (*ad finem*
lineae) *cod* 116. esset *scripsi*, cf II 25,
 56, VI 12, VII 168, X 99, XVIII 28, 34: est
cod 120. Samaritis *scripsi*: Samaritidis
cod scire *cod*

MIHI BIBERE, TV FORSITAM PETISSES AB EO
 ET DARET TIBI AQVAM VITAE; et post
 lacrimas clamat LAZARAE PROCEDI FORAS, Io xi 43 39
 125 statim mortis uincla soluuntur, corpus
 quarta die e tumulo suscitatur. hoc est
 ET HOMO EST, ET QVIS COGNOSCET ILLVM? Hier xvii 9
 quod ipse dominus lapidare se uolen- Io x 31
 tibus Iudaeis monstrauit se lapidari non
 130 posse si suam uellet potentiam demon-
 strare: SI MIHI inquit NON VULTIS CRE- Io x 38
 DERE, FACTIS CREDITE ET COGNOSCITE
 QVIA IN ME EST PATER ET EGO IN ILLO.
 numquid mortem timebat qui mortuos
 135 suscitabat? uulnera uerebatur qui uerbo
 diuersa mortis genera sanitati donabat?
 sic ergo deus ex tantis uirtutibus, et ex
 ipsis inbecillitatibus hominem in sese
 portare, monstrabatur.

XI Passus est, iterum resurrexit tertia
 die. Passus est, quia homo: resur-
 rexit, quia deus: et numquam Ipse resur-
 geret qui semper stetit, sed quia corpus
 5 quod susceperat morti erat obnoxium.
 ostendit passionem corporis sui, quia
 uoluit: resuscitauit | quod habuerat, quia fol 148
 potuit. denique hoc Ipse POTESTATEM Io x 18
 HABENS PONENDI ANIMAM MEAM ET POTE-
 10 STATEM HABEO ITERVM SVMENDI EAM: HOC
 ENIM MANDATVM ACCEPI A PATRE. potuit
 non pati, qui ut pateretur habuit in pote-
 state: sed quoniam de conscientia diuinae
 uirtutis resuscitare corpus quod susce-
 15 perat poterat, maiorem uirtutis ostendit
 potestatem dum non solum in uita facit
 sed et post mortem iterum suscitauit.
 prodidit se esse qui fecerat in principio
 hominem, qui illum iterum mortuum
 20 suscitauit.

122. petissis *cod* 124. procedi *cod*: lege
 uel procede uel prodi 130. posse si
scripsi: possessi *cod* 139. monstrabatur
scripsi: monstrabat *cod*, fortasse recte
 XI 3. quia: qua *cod* 8, 9. potestatem
bis: potestate *bis cod* 9. habens
cod: fortasse legendum habeo 16.
 in uita *cod*: fortasse legendum in uitam
 17. post mortem *scripsi*: portem *cod*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



10 DEVS ERAT IN CHRISTO MVNDVM RECON-
CILIANS SIBI, utique pater in filio. sic
Arrianorum confunditur inperitia, cum
paenae omnibus scribturis concurren-
tibus a creatura excludatur *aut* factura.

15 Erubescens ista iam ponere nunc
urbanitate se putat inludere ueritatem,
ut et suis probet (quod saepe tractauit)
quia se a sua infidelitate non abstulit, et
sic se tractare ut creaturam uel facturam,
20 uel fuisse quando non fuit, uel ex ni-
hilo factum, non dicat. ' cogitationem '
ponit ante filium: numquid, si aperte
sibi, quia reuincitur, non uidetur negare,
tamen manifestissima causa compellit
25 illum confiteri quod occulte dicit? ecce si
hodie cogitatio praecedat filium, mon-
strauit utique ante cogitatione non fuisse
cui cogitationem praeposuit: quanta-
cumque putas subtilitate inperitos lege
30 decipere uel fideles inludere, detegeris.
cf cap xv l 2 fuit ergo quando non fuit, qui adhuc
nondum fuerat cogitatus: et cum cogi-
tatio uenisset, statim est filius cogita-
tione—qui est utique super cogitationem.
35 ut illum autem super cogitationem et
ante cogitationem esse noueris aperiam.
a deo Verbum dictus est, a deo Virtus,
a deo Sapientia: nulla autem umquam

12. cum: *praem* quae *cod* 13. concur-
rentibus *in ras cod* 14. aut *scripsi*, *cf*
l 19 infra: a cod

15. Erubescens: *auctor noster singulari*
numero nunc usus unum qualemcumque
aduersarium ut uidetur aggreditur, qui
Arrianam doctrinam ita 'urbanitate' (xvi
16, xvii 5) et 'subtilitate' (xvi 29 73) tem-
perauit ut symboli anathemata eum uix
adficere 16. urbanitate *ut uid in ras*
ueritatem in ras cod 17. ut *scripsi*: aut
cod 19. creatura uel factura *cod* 24.
tamen: *praemittendum forte non mani-*
festissimae cod 28. cogitatione *cod* 31.
qui... cogitatus *scripsi*: qui... cogitatum
cod; nisi malis quia... cogitatum 33.
uenisse *cod* 38. autem *scripsi*: enim
cod; autem et enim apud codices saepissime
inter se permutantur

cogitatio, quantum humani sensus ca-
40 piunt, sine sapientia cognita est, sine
uirtute perfecta est, sine uerbo est pro-
nuntiata; | si ergo istis tot uirtutum *fol 150 a*
officiis filius nominatur, cur non etiam *cf cap viii ll*
cogitationem praecessit, qui cogitationi *32-41*
45 per haec etiam magnitudine *anteiuit?*
clamat tibi propheta et dicit ERVCTVAVIT Ps xlv 2 (xlv 1)
COR MEVM VERBVM BONVM: numquid
dixit COGITAVIT COR MEVM VERBVM BONVM?
quia uerbum dei est (quod ipse soles
50 confiteri), dum denegas et post cogita-
tionem deum facis, considera quia blas-
phemas.

Sed prudenter te dicis haec cogitasse,
ne impassibilitatem omnipotentis dei ui-
55 dearis corrumpere dum filium dicis
generatum: et dicis illum consequentia
corporis pati posse, id est dolorem et Gen iii 16
gemitus, si filium generet, quia humana
conuersatione nosti sine gemitus gene-
60 rari non posse. o peruersitas animi et
damnabilis conscientia, qua audes *hac*
turpi et passibili causa dei filium ex
humana comparatione denegare, cum
scias et ipsos homines, id est mulierem,
65 sine gemitu potuisse generare, si dei
omnipotentis uoluisset mandata seruare.
denique post transgressionem audit IN Gen iii 16
DOLORIBVS PARIES, qui ante audierat
CRESCITE ET MVLTPLICAMINI ET REPLETE Gen i 28
70 TERRAM. potest dolori esse subiectus qui
inmortalis est? sentit gemitos qui morti
obnoxius non est? audet aliquis dicere
quod tu subtilitate tua uideris inducere,

39. quantum *scripsi*: quendam *cod* 43.
nominatus *cod* quur *cod* 44. cogita-
tione *cod* 45. magnitudine (*sc digni-*
tate) *anteiuit scripsi*: magnitudinem tenuit
cod

54. impassibilitate *cod* 55. filius *cod* 59.
generare *cod* 61. qua *scripsi*: quae *cod*
haec: ac cod 63. degare *cod** 64. scias
scripsi: scies *cod* mulierem *scripsi*:
muliere *cod** mulieres *cod²* 66. uoluisset
cod 68. qui *cod*: *fort leg* quae

quod mox 'ut uoluit genuit' ? non te gen-
fol 150 b 75 tilium causa ad istam | conpulit blasphe-
miam, qua putas tibi posse proponere
quod potuit gemere dum filium generat?
dum cupis itaque infidelibus tollere
scandalum, fidelibus introducis.

80 Ignoras tibi apostolum ante praedi-
casse quod Iudaeis esset scandalum et
gentibus stultitia natiuitas et passio sal-
uatoris? IVDAEI inquit SIGNA PETVNT,
I Cor i 22 23 GRAECI PRVDENTIAM QVAERVNT, NOS AVTEM
85 PRAEDICAMVS IVDAEIS QVIDEM SCANDALVM
GENTIBVS AVTEM STVLTITIAM. non esse
SCANDALVM Iudaeis, nisi in hominem
peccasse uiderentur ut in aliquem de
Rom viii 20 21 CREATVRA quae CORRPTIONI noscitur esse
90 SVBIECTA: nec gentibus esse STVLTITIAM,
nisi quia dicimus dei filium et primo
natum de deo patre, et postmodum
humanam carnem uoluisse portare, et
115 tertio quod passus est; totum utique
95 inridere conatur et mysterium stulti-

74. quod mox ut uoluit genuit: nota
est disputatio inter Athanasianos et eorum
aduersarios de quaestione ὅτι οὐ βουλήσει
οὐδὲ θελήσει [scilicet ἀλλὰ φύσει] ἐγέννησεν
ὁ Πατήρ τὸν Υἱόν (confer symbolum quod
uocatur Macrostickon apud Socratem
H. E. ii 19); apud nostrum ut uoluit
genuit respondere uidetur τῷ βουλήσει ἢ
θελήσει γεννᾶν, generare τῷ φύσει γεννᾶν 75.
blasphemia cod 76. qua putas: + item
in psalmo et scitote quia dominus ipse est
deus: unde in euangelio uos uocatis me
magister et dominus, et bene dicitis, sum
etenim. qua putas, quae uerba ad cap XVII
l 21 transtuli

84. querunt cod 86-90. esse scan-
dalum . . . esse stultitiam cod: fortasse
legendum esset scandalum . . . esset stul-
titia 87. in homine cod 88. peccasset
cod ut scripsi: aut cod de creaturā
cod 89. quae corruptioni scripsi:
quia corruptio cod 92. natum scripsi:
nato cod 93. et tertio quod scripsi:
tertio quo (om et) cod; fortasse legendum
et eam die suscitare tertio quo 95. stul-
titia cod

tiam nuncupat, quia VIRTVTEM SCRIBTV- Matt xxii 29
RARVM caelestium IGNORAT. times ne
a gentibus inrisionem patiaris, et ideo
placere huic quaeris cui si fideliter diuina
100 dicantur riduntur potius quam creduntur?
quid ipse apostolus prosequitur? IPSIS AV- I Cor i 24
TEM VOCATIS IVDAEIS ET GRECIS CHRISTVM
DEI VIRTVTEM ET DEI SAPIENTIAM. non
potes prius agnoscere antequam credas;
105 quia diuinus et caelestis clamat spiritus
ET NISI CREDIDERITIS NON INTELLEGI- Is vii 9
TIS, | et ipse saluator NISI CREDIDERITIS fol 151 a
MORIEMINI. quid est quod credi debet? Io viii 24
STVLTIA MVNDI ELEGIT DEVS VT CONFVNDAT I Cor i 27 25
110 SAPIENTES, ET INFIRMA MVNDI ELEGIT
DEVS VT CONFVNDAT FORTIA: NAM QVOD
STVLTVM EST DEI SAPIENTIVS EST HOMI-
NIBVS, ET QVOD INFIRMVM EST DEI FORTIVS
EST HOMINIBVS. uides ergo quia cum
115 gentibus potes sociari si gentili placueris,
si apostolus negat se SERVVM CHRISTI esse Gal i 10
posse SI HOMINIBVS PLACERE uellet. et
qui erant HOMINES? qui in lege diuina
uiuebant. nam de gentibus caelestis
120 spiritus non homines sed animalia dicit:
HOMO inquit CVM IN HONORE ESSET NON Ps xlviii 13
INTELLEXIT, AESTIMATVS EST IUMENTIS (xlix 12)
INSIPIENTIBVS. confitendus est ergo et
esse semper et antequam nasceretur
125 in patre fuisse. non enim potes confi-
teri Verbum Virtutem Sapientiam, sicut
et ipse dominus dixit et apostoli praedi-

97. times scripsi: timens cod 98.
inrisione cod 99. queris cod 100.
riduntur cod: 'apud ueteres ridunt reperi-
mus dictum' Diomedes grammaticus (uide
Neue-Wagener Formenlehre der latein-
ischen Sprache³ iii 271) 101. ipsis:
ipsi cod 104. potes: potest cod, cf ll
115, 125 credas fortasse cod*: credat
cod² 105. diuinū cod 106. intellegitis
cod, cf Cypr Test iii 41 cod L 10.
sapientes et infirma mundi elegit deus
ut confundat ex apostolo suppleui: om per
homoeoteleuton ut uid cod 115. potes:
potest cod 125. potes: potest cod

cauerunt, nisi semper fuisse et futurum esse credideris.

xvii Posuerunt etiam dicentes **Et quia ex nullis extantibus factus est uel ex alia substantia.** Dicunt enim solum a solo patre ex nihilo esse factum. sed

1 Cor xi 12 et
2 Cor v 18
(cf Rom xi 36
1 Cor viii 6)

5 si modo urbanae secundum apostoli dictum EX DEO dicunt, ita tamen cupiunt innocentes inludere uel suos possidere, dum EX DEO dicant 'sicut cetera,' quia nihil esse possit nisi deus uellet, nihil

fol 151 b

10 stare nisi ipse permitteret. ac per hoc non sic confiteri permitteris esse filium 'sicut sunt uniuersa,' sed hoc a te solum expetit fides catholica, ut confitearis 'de

Matt v 48

perfectum quærit intellegi, ait enim sic ES-

Ps cix 3 (cx 2)

20 TOTE PERFECTI SICVT PATER VESTER QVI IN CAELIS EST. [item in psalmo ET SCITOTE QVIA DOMINVS IPSE EST DEVS:

Io xiii 13

unde in euangelio VOS VOCATIS ME MAGISTER ET DOMINVS, ET BENE DICITIS, SVM 25 ETENIM.]

xviii **Mutabilem autem et conuertibilem Filium Dei.** Solent enim cum Sabelli temeritate misceri tractatus, qui sic **mutabilem filium** inducunt dum ipsum esse patrem aliquando adserunt, patrem etiam filium pronuntiare contendunt. sed pater pater est qui inuisibilis est; filius filius est de inuisibile deo,

xvii 3. Dicunt: *scilicet Arriani* 5. urbanae: *uide supra ad cap xvi l 15, et cf p 353 infra* 6. cupiunt *scripsi: cupiuit cod, fortasse recte* 14. de substantia ipsius: *respicit noster ut uid Tomum Damasi, uide p 288 supra, l 79* 18. se *scripsi: sed cod* pari *cod: fortasse legendum pariter* 19. querit *cod* 21. item in... etenim: *quae in uncinis includuntur, ea huc transtuli e cap xvi l 76, certe e peruerso loco, nescio an in rectum*

qui uideri uoluit patribus, qui (ut superius diximus) quia uidendus erat se pa-

cap vii l 90
supra

tribus demonstrabat, non tamen ut erat intellegi poterat, sed ut humana illum capere fragilitas poterat. sic et hominibus apparebat ille cui nullus est similis

15 in nubibus, de quo dicit propheta QVIS IN NVBIBVS AEQVABITVR DOMINO? si ergo nullus IN NVBIBVS est qui aequari deo dei filio possit, et tamen unum de elementis, ut est, non possumus sustinere—si solem

Ps lxxxviii 7
(lxxxix 6)

20 uelimus adtendere, numquam claritatem ipsius possumus peruidere; si calores ipsius refrigeria requirentes non uitauerimus, ardorem tolerare non possumus—quanto elementorum dominum, | quan-

fol 152 a

25 to mundi opificem, patres uidere non possent, nisi uideri se uolens suam magnitudinem temperasset. denique hoc aperuit in euangelio, et quis esset in monte apostolis patefecit: ASCENDERVNT inquit

(Luc ix 28)

30 IN MONTE, ET DEMVTATVS EST IESVS ET RESPLENDVIT FACIES EIVS SICVT SOL IN

Matt xvii 2

CLARITATE SVA ET VESTIMENTA EIVS FACTA SVNT CANDIDA VELVT NIX. monstrauit futuris testibus quis esset; et tamen usque

(Apoc i 16!)

35 ad futuram passionem ut quod uiderant tacerent ipse dominus erudiuit, NEMINI

Matt xvii 9

DIXERITIS DONEC FILIVS HOMINIS A MORTVIS RESVRGAT. sic semper et hominibus tcausat demonstrauit, et se deum

40 de deo filium saluatorem ostendit.

xviii 12. intellegi poterat sed *scripsi: tr* se intellegi poterat *cod* humana *cod*²: hamana *cod** 16. si *scripsi: sic cod* 18. aelementis *cod* 24. quanto *cod: sic noster pro* quanto magis *forte scribebat, unde textum immutare non ausus sum* aelementorum *cod* 25. patris *cod* 26. possent *scripsi, cf* I 120 VII 31 x 89 XI 3 *supra: possunt cod* 29. apostoli *cod* 33. sunt *scripsi: est cod* 35. uiderat *cod* 39. causa *cod, sed quid sibi uelit causa uel causam non liquet: fortasse legendum* carnem suam

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Iohannes iv 7	x 115	Iohannes xiv 16	xiv 3	ad Corinthios I	
iv 10	x 120	xv 26	xiv 3	i 25, 27	xvi 109
v 21	viii 146	xvi 13	xiv 3	vi 3	vii 192
v 22	xiii 8	xvi 15	viii 148	viii 6	xvii 6
v 26	viii 145: ix 10	xvi 28	iv 17	xi 12	xvii 6
viii 12	v 12	xvii 1	ii 43	xv 23	vii 76
viii 24	xvi 107	xvii 2, 3	vi 3†: ix 10	ad Corinthios II	
viii 42	iv 1, 19: viii 200	xvii 10	viii 113	v 18	xvii 6
viii 51	xiii 24	xvii 10-12	viii 117, 183	v 19	xvi 10†
ix 6	viii 85	xvii 18-24	viii 123	ad Galatas i 10	xvi 116
ix 35-37	ii 36	xx 22, 23	viii 88	ad Ephesios iii 15	i 20†
x 18	xi 8	xxi 20	x 71	iv 10	vii 87: xii 2
x 31, 33-38	viii 151:	Actus ii 29, 31	i 47	ad Philippenses	
	x 128-133	ii 32	viii 211	ii 6, 7	viii 202
xi 35	x 115	ii 34, 35	vii 155	ad Colossenses	
xi 39, 43	x 124-126	ii 36	vii 151, 159	i 15	iii 3: vii 33†, 42:
xii 28	viii 195-197	iv 27	ii 9†		viii 217
xii 35	v 13	ad Romanos i 25	vii 27†	i 16	vii 37, 44
xii 46	v 12: viii 171	viii 20, 21	vii 21, 179:	i 17, 18	vii 52
xiii 13	xvii 23		xvi 89	i 18-20	vii 58
xiii 25	x 71	ix 5	vii 88	ad Timotheum II	
xiv 1	viii 165	xi 36	xvii 6	iv 8?	xiii 40
xiv 5, 6	vi 22, 23	ad Corinthios I		Iohannis epistula I	
xiv 9	viii 104, 241	i 22, 23	xvi 83	i 5	v 6†: viii 169†
xiv 10	viii 110: xvi 8	i 24	xvi 101	Apocalypsis i 16?	xviii 31

II. Index nominum propriorum

Abessalon iv 13	Hieremiam vii 257
Abrahae (<i>casu datiuo</i>) iv 3; vii 95, 248:	Hiezechihel vii 231
Abraham (<i>casu accusatiuo</i>) iv 15; vii 13, 244, 246, 251	Iacob vii 96; viii 187, 193; x 21
Adam (<i>casu accusatiuo</i>) vii 94; viii 87	Iesus (<i>sc Iosue</i>) vii 97
Aegyptus viii 94	Iohannes (baptista) ii 11; vii 133, 134
Aethiopum viii 94	Iohannes (euangelista) ii 21, 39; v 6, 8:
Arriani vii 19, 108; viii 43; xv 2: Arria-	Iohannem viii 168: Iohannis (<i>casu gen</i>)
norum vii 7, 23, 223; xvi 12	vi 2: Iohannis (<i>casu nom</i>) viii 48; x 70
Arrianus viii 143	Israhel i 28; ii 35; vii 152; x 21
Arrie (Arriae: <i>casu uoc</i>) viii 25, 29, 221	Israhelita ii 32
Colosenses vii 33	Iudaei (<i>et Iudaeos, Iudaeorum, Iudaeis</i>)
Corinthios xvi 9	i 46; iv 18; vii 150, 165; viii 57, 151;
Dauid (<i>casibus nom gen abl</i>) i 48; iv 13;	x 129; xvi 81, 87, 102
vi 14	Lazarae x 124: Lazarum x 116
Ephesios i 20	Luca (<i>casu ablatiuo</i>) ii 62; vi 19
Esaias (Aesaias <i>bis</i>) vii 200; viii 93	Malachihel i 86
Gabriel x 59	Marchionis (<i>sc Marcion, casu genetiuo</i>) x 31
Gerassaenorum ii 58	Maria (<i>et Mariae</i>) ii 17; x 59
Grecis xvi 102	Mathei (<i>et Mattheo</i>) ii 52; vii 125
	Melchisedech vii 12

Micheam vii 16
 Moyses (*casu nom*) viii 189: Moysen (*casu acc*) i 12, 14: Mosen (*casu acc*) vii 140
 Nathanahel ii 30
 Paulus i 20; viii 202
 Petrus (*et Petrum*) i 46; ii 8, 24; vii 133, 149
 Pharisaeus vi 19
 Phylippo viii 103

Romanos vii 27
 Sabai viii 95
 Sabellius viii 142: Sabelli (*casu uocatiuo*) viii 26, 46: Sabelli (*casu genetiuo*) xviii 3
 Salomon vii 79: Salomonem vii 181
 Samaritis x 120: Samaritidem x 115
 Symon Bariona ii 27
 Zachariam vi 18

III. Index uerborum et locutionum

accipere (corpus, filium hominis: *de incarnatione*) vii 81; viii 208; x 8
 adsumptio (hominis) x 13
 aduocare (in opere) viii 37, 63, 65, 78
 aduocatus (*apud Io xv 26*) xiv 3
 agnoscere vii 166; viii 47, 173; xvi 104
 aliae (*dat sing fem*) viii 54
 alibi i 29; ii 40, 42, 48; v 13; vi 22; vii 75, 231, 243; viii 42, 110, 216
 ante (*pro antea*) vii 105; xvi 68, 80
 antecedo vii 154
 aperire xvi 36: (*de Nouo Testamento*) v 6; vii 169; viii 13, 190; x 7; xviii 28: (*de Vetere Testamento*) viii 77; xiii 6
 apostolus (*sine nomine, sc S. Paulus*) vii 22, 26, 44, 75, 191; viii 216, 224; xvi 116
 audire vii 24; x 91: (*de rebus in sacra scriptura narratis*) ii 11, 13, 47, 51; viii 188, 189, 197; x 59, 119, 120; xiii 41; xvi 67, 68: (*de sacra scriptura tamquam ad nos loquente*) vii 15, 20, 108; viii 143
 baiulare (dei filium) x 94
 beatissimus ii 7; vii 133, 192; viii 168, 201
 capere xvi 39; xviii 13
 capitulum vii 108, 116, 163, 170; viii 116
 caro (*raro: frequentissime corpus*) x 32, 85; xvi 93
 catholica (fides) xvii 13
 causa: (*casu ablatiuo*) hominis causa vii 92; viii 229; x 37, 110 (xviii 39?): hac causa (*cf hac ratione*) viii 152; xvi 62; xvii 13: (*casu nominatiuo*) x 17, 36; xvi 24, 75
 Christus (*numquam Iesus: sed uide dominus et Ipse et saluator*) vii 68: Christus

deus et dominus noster i 38: Christus et dominus et deus noster i 61: saluator generis nostri Christus i 33, viii 83
 clamare (*semper de eis quae in sacra scriptura dicta sunt*): clamat i 20, 86, viii 68, x 124, xiii 24, xvi 105: clamat et dicit i 42, viii 48, 93, 196, xvi 46: clamauit et dixit viii 104, 113, x 74: clama(ba)t atque dicebat x 86
 claritas xviii 20 (*et saepe pro gloria in eis quae de scripturis laudantur*)
 coaequare i 122
 coaeternus viii 223, 227
 cogitare i 68; vii 101, 102; viii 38; x 102; xvi 32, 53
 cogitatio xvi 21-50 *passim*
 cognoscere ii 24, 31; vii 196, 208; viii 240; xvi 40
 concedere ix 10; x 52
 conditio (*scilicet 'creatura'*) i 32, 37
 confessio ii 44: (*scilicet 'fides' uel 'symbolum'*) i 119; xix 5, 7
 confiteri i 60, 65, 106, 107, 116; vii 121; viii 222, 239; xvi 25, 50, 123, 125; xvii 11, 13
 coniungi (*cf deiungere*): (*uirtute, de Patre et Filio*) viii 20, 53, 102, 116, x 18: (*de Christo et creatura*) i 39
 conparatio (comparatio): ex conparatione humana i 67 (*cf 90*), xvi 63: (*scilicet 'parabola'*) vi 21
 conpetit i 59
 conplere xix 3
 conpraehendi x 96
 conscientia xi 13; xvi 61
 conscribere (fidem) v 4
 consequentia (*neut plur?*) xvi 56
 considerare: considera vii 162; xvi 51
 contendere i 70; x 47; xviii 6

- corrumpere (inpassibilitatem) xvi 55
 creatura i 122, 123; iv 11; vii 9, 20, 21, 227, 230; xvi 14, 19: (*scilicet 'caro a Christo suscepta'*) vii 51, 57, 63, viii 209
 credi i 42; viii 167; x 113; xvi 100, 108
 de deo patre i 58; v 5; (vii 56); viii 199; ix 9 *bis*; x 84; xvi [3], 6, 92
 deitas vii 163
 deiungere (*cf* coniungi) viii 26
 demonstrare vii 94; x 130; xviii 11, 39; xix 8
 denegare i 109; vii 9; xvi 50 63
 denique i 24; vii 90, 106, 118, 186; viii 168, 183, 187, 231; x 43; xi 8; xvi 67; xviii 27: denique quid vii 12, 180: quid denique viii 110: denique sic x 58: sic denique vii 189, 190: denique prosequitur vii 51, 58, viii 78, 123; (denique *semper primum in sententia locum tenet, exceptis* vii 118, 189, 190; viii 110, 187)
 descendere (*de incarnatione, necnon de theophaniis*): vii 67, 91; x 4, 38, 110; xii 1
 descensio (discensio) vii 91
 descensus (discensus) vii 86, 93
 deus (*de Christo*): vii 160; viii 199; x 31, 33, 97, 111, 137; xi 3: deus noster i 38, 61
 discretio xiii 11
 disponere i 11; vii 105; viii 15
 disputatio vii 109
 diuinitas viii 7
 dominus (*de Christo*): ii 32, 38; xvi 8: ipse dominus ii 35, x 128, xiii 33, xvi 127, xviii 36: *cf* i 38, 61
 donare (mortem sanitati) x 136
 dum vii 37, 259, 260; viii 208, 209; x 83, 84; xi 16; xv 3; xvi 77, 78: dum dicit i 50, vii 35, 86, viii 53, 142, x 100; *cf* dum loquitur x 92, dum dicitur vii 247, dum dicis xvi 55

 egeo (*cum infinitiuo*) viii 28
 elementa vii 85; xviii 18, 24
 erigere vii 112
 erubescens (*cum infinitiuo*): x 32; xvi 15
 erudire xviii 36
 euangelista vii 38; ix 3; x 70: euangelistae ii 12, 52, x 7, 58
 excogitatus x 107
 expetere xvii 13
 extolli vii 116, *cf* x 41

 factura vii 141, 174, 177, 214, 220, 229; xvi 14, 19
 fideliter i 5; xvi 99
 fideles i 15; xix 3: (*scilicet 'christianos catholicos'*) xvi 30, 79; xix 6
 fides (*scilicet symbolum Nicaenum*) i 1, ii 1, v 3, viii 1: fides catholica (*scilicet symbolum Nicaenum, uel fortasse Tomus Damasi*) xvii 13
 figere (cruci, *pro* cruci figere) vii 160
 figura (dei, *apud Phil* ii 6: *cum S Cypriano tantum*) viii 202
 figurare i 96
 fragilitas (humana) xviii 13: *cf* fragilia i 72

 gehenna xiii 45; xix 9
 generare, generatus i 98; vii 66, 110, 112, 124; viii 67; xvi 56, 58, 59, 65, 77 (gignere, genitus, *perraro*: vii 123; xvi 74)
 gentes xvi 82, 98, 115, 119
 gentiles (*nusquam pagani*) xvi 74, 115; xix 7

 habeo i 89; iv 12; vii 104, 161; viii 21, 183, 187, 206; x 30; xi 7, 12: (*ea quae de scripturis laudantur*) habemus i 25, v 1, habes vii 243, habemus dixisse viii 216, habes (habetis) dictum vii 132, 231: (*cum infinitiuo, tamquam uerbum auxiliare quod dicunt*) vii 195, viii 234, x 8, 24
 hac causa viii 151, xvi 61: hac ratione viii 144, 220
 hominis causa; *uide* causa
 homo (*scilicet 'humana Christi natura'*) vii 57, 72, 161, 175; x 14, 27, 83, 98, 138: hominis filius vii 68: hominis corpus viii 208, x 83: hominis persona x 93
 honor vii 172, 209

 inbecillitas i 70; x 112, 138: *cf* inbecillus x 113
 increpatio i 46: *cf* increpare vii 27, 31
 indiuisus viii 9
 inducere xvi 73; xviii 4
 infernum xiii 21
 infidelitas xvi 18: *cf* infideles xvi 78
 iniuria viii 210; x 92
 includere x 29; xvi 16, 30; xvii 7
 inmerito x 71 (*uide* merito)
 inmutabilis i 85
 inpassibilitas xvi 54
 inperitia xvi 12: *cf* inperitus xvi 29
 inrisio xvi 98
 inseparabiliter viii 34

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



ponere i 3, 6; xvi 15, 22; xvii 1
 portare (*de incarnatione*): hominem x 27,
 139: humana membra vii 162, x 114:
 humanam carnem xvi 93
 possessio x 52
 possidere i 78, 84; viii 207, 220; x 105;
 xvii 7
 post i 79, 91; viii 60, 79; x 123; xvi 67
 posterum (in): x 9
 postmodum i 36; vii 120; viii 195; xvi 92
 praecedere vii 7; xvi 26, 44
 praedestinare vii 90
 praedestinatio vii 121
 praedicare iv 17; vi 8; xvi 80, 127
 praemittere vii 171
 praepone vii 28
 praetendere x 34
 primum ii 6; xiii 24
 principium i 112, 113, 117; vii 10; viii 31:
 in principio viii 14, x 9, xi 18: in prin-
 cipio euangelii x 74
 pro i 16, 17; ii 33
 procedere (de deo patre filium) viii 200;
 x 85
 procreare vii 110
 prodere vii 260; xi 18
 producere x 57
 pronuntiare xvi 41; xviii 6
 propheta (*de Psalmis uel Proverbiis*): i 42;
 vii 11, 154; viii 68; xiii 25; xvi 46; xviii
 15
 prosequi (*de scriptoribus uel librorum sacro-
 rum uel symboli*) ii 1; iii 1; vii 51, 58, 83,
 114, 153, 159; viii 1, 78, 116, 123, 164;
 xv 1; xvi 101
 quaerere i 92; ii 46, 56; iv 3; vii 142, 154;
 viii 103; xvi 99; xvii 19
 quantuscumque xvi 28
 quia *passim* (quoniam *perraro*)
 quis (qui) esset ii 56; vi 12; vii 168; x 99,
 (116); xviii 28, 34: quid esset ii 25
 quo sermone viii 25: quo uerbo vii 144
 quomodo . . . quomodo (*interrogatiue*) vii
 210, 212; 226, 227; 238, 240, 245
 ratione: *uide sub* hac causa (ratione)
 recapitulari iv 15
 recedere (de uita) xiii 17: *cf* exire xiii 20
 recognoscere viii 143
 reddere vii 118, 147
 reparare x 9
 reportare vii 75

reprobare i 27
 requirere vii 94; viii 188
 res i 105, 118; vii 35, 112, 145, 146, 171;
 viii 31, 35: rerum natura i 81, vii 6, 12
 resuscitare xi 7, 14
 reuinci i 110; xvi 2, 23
 rite iv 14; viii 36, 39; x 54, 55 *bis*
 saluator vi 2; vii 142, 150; viii 13, 103;
 xvi 82: ipse saluator v 12, vii 165, viii 171,
 xiii 14, xvi 107: saluator generis nostri
 Christus i 33, viii 83: deus de deo filius
 saluator xviii 40
 sanitas x 136
 sapere viii 45, 55
 sciens vii 103, 106; viii 109, 112; x 72
 scriptio vii 32
 scriptura i 19, 121; vii 118, 187, 196, 209:
 scripturae vii 26, 93, 114; viii 225; xvi 13
 secundus (a patre) viii 185, xix 1: secunda
 persona viii 6
 sempiternitas viii 206
 sempiternus viii 209, 238, 239
 sensus viii 40; xvi 39
 sentire detrimentum i 105: gemitos xvi 71:
 iniuriam x 92: mortem viii 211
 separari viii 8
 sermo viii 25, 41, 129, 156
 seruare vii 35, 55, 56, 62, 171, 172, 208; viii 103
 sic ii 29; vii 78, 189, 190; viii 232; ix 9;
 x 15, 83, 84; xvi 11; xviii 4, 38: sic et
 ii 21, vii 174, viii 87, x 58, xiii 22, xviii
 13: sic ergo vii 258, viii 181, x 137:
 sic . . . ut i 2, vii 167, viii 55, 237, xvi
 19: ut . . . sic vi 25
 sicut i 119; (vii 174; viii 86); viii 122; xvi
 126; xvii 8, 12 (*nonnumquam* quasi: *raro*
 quemadmodum: *nusquam* tamquam)
 significantia vii 253
 sociare i 70, 96; viii 22, 29; xvi 115
 solere vii 132; xv 3; xvi 49; xviii 2
 spiritus (*de sancto Spiritu*) vii 181; xix 2:
 spiritus sanctus i 40, xix 9: caelestis
 spiritus xvi 120: diuinus et caelestis
 spiritus xvi 105
 spiritus peruersus x 109
 stare xi 4; xvii 10
 statim *passim*: *nusquam* continuo
 sub x 114, 115
 subdolosus i 60
 subducere i 102
 substantia: *in symbolo tantum* (iii 2, 4; viii

- 1, 3, 4, 5, 181; xvii 3, 14), *uno excepto loco*
xvii 15: *pro substantia adhibet noster uirtus,*
quod uide
subtilitas xvi 29, 73
sui: ex persona sui viii 68
superius dicere (dici) vii 1, 65; xviii 9
superuiuere x 43
susceptio (*ae incarnatione*): creaturae vii
50, 57
suscipere (*de incarnatione*): hominem vii
73, x 98: hominis filium vii 69, 129:
corpus viii 211, 212, x 84, xi 5, 14:
creaturam viii 210
suscitare (*uide etiam resuscitare*) x 111, 126,
135; xi 20
- temperare xviii 27
tenere vii 226; xix 6
testari i 67; ii 4, 12, 52; iv 1; v 11; vii 25,
186, 196; x 58
testimonium vii 163
tractare xvi 17, 19
tractatus xviii 3
trahi vii 224
triumphare (mortem) vii 68
turbare i 108, 110
- ualere viii 18
ueritas vi 23, 24
ueterescere vii 195, 204
uindicare (christianum nomen) viii 56
uirtus: (*una uirtus in Patre et Filio*) viii 17,
20, 22, 29, 52, 102, 109, 112, 115, 167, 174,
182, x 17: uirtus paterna viii 7, 177: Virtus
(*scilicet ipse Filius*) viii 38, 41, xvi 37, 41,
126: (uirtus Christi) vii 73, x 57, xi 14, 15:
uirtutes (*Filii*) viii 34, xvi 42: uirtutes
(*scilicet miracula Christi*) x 99, 137: uir-
tutes (loqui fecit spiritus) xix 4
uiuacitas x 51
unigenitus i 116, 121; iii 3: *omittitur tamen*
in symbolo, uide ii 3
unitas (uirtutis) viii 19, 174
unitus viii 17
uniuersus i 83; vii 6, 225; xvii 12
unum viii 133, 134, 142, 144
unus viii (101), 107, 142
uox i 13
urbane xvii 5
urbanitas xvi 16
utique i 9, 43; iv 2; vii 69; viii 81, 101,
218, 234; (xii 1); xiii 30; xvi 11, 27, 34,
94; xvii 18

[huius proemii initium inuenies ad p 329 supra]

praeter alios celebrem et tritum, exempli gratia profero, Phil ii 6 (cap VIII l 202, p 340 infra), ubi uoces graecas
ἐν μορφῇ θεοῦ ceteri omnes 'in forma dei' reddunt, solus cum Cypriano noster 'in figura dei.' nomen quoque
'Moses' (VII l 140, p 335) antiquitatis uidetur esse indicium: ante enim Vulgatum S. Hieronymi textum uix ullum
inuenias scriptorem qui non forma 'Moyses' utatur, praeter Euangelia Bobiensia (k) et S. Cypriani Testimo-
niorum codicem Laureshamensem (L).

Hactenus de tempore quo scriptus est tractatus: iam de loco et ratione eius pauca dicenda sunt.

Imprimis Italicus est codex, Italica canonum sylloge in ea adseruatur: conferas exempli gratia interpretationem
concilii Nicaeni, cuius unicus est testis, supra pp 103-141. Italiam fortasse septentrionalem spectat textus
librorum sacrorum in tractatu nostro adhibitus.

Ad finem tractatus, singulari numero iam inde usus (cappp XVI 15-129, XVII 10-14), in antistitem quen-
dam Arrianorum noster inuehitur, qui 'urbanitate' (XVI 16) siue 'urbane' (XVII 5) fideles simplices ita
inludebat ut catholicus esse uideretur, quippe qui 'fuisse quando non fuit Filius Dei' uel 'ex nihilo factum' dicere
desineret, et nihilominus in infidelitate sua persisteret. iam pridem in mentem mihi uenerat episcopum istum
appellari debuisse Vrbanum: sed utrum re uera Vrbanus aliquis inter episcopos Arrianos A. D. 360-400 exstitisset
tunc temporis nesciebam, et de Auxentio Mediolanensi potius cogitabam. is scilicet, postquam inde ab anno 363 orbem
occidentalem imperatores catholici rexerunt, solus ex Arrianis sedem suam episcopalem obtinuit, frustra in eum
declamantibus Hilario Pictauiensi et Eusebio Vercellensi: tanta enim calliditate et astutia fidem suam coram
Valentiniano imperatore exposuit (uel potius celauit) ut pro catholico et orthodoxo haberetur. sed domino Ger-
mano Morin, operis huius fautore amicissimo, per litteras me admonente, cognoui Ioannem nostrum Mercati in
libello suo cui titulus Parmensia (Romae A. D. 1902) Vrbanus cuiusdam, Ambrosio et Damaso aequalis, episcopatum
apud Parmenses commemorasse: quod me latere minime oportuerat, quippe cui libellum illum scriptor iam
donauisset. Vrbanum igitur Parmensem de cathedra sacerdotali depulisse, hortante Damaso, episcopos Italiae
septentrionalis catholicos refert in tractatu contra Ambrosium (edente Fr. Kaufmann, Argentorati, A. D. 1899,
pp 87, 115) siue Maximinus siue Palladius Arrianus: 'denique ut Vrbanus Parmensis episcopi ceterorumque
causas pretermittamus, certe Leontium Salonitanum ex eius [sc Damasi] audistis mandato, auditum gradu sacerdotali

ut reum deiecit' et facile conicias in Arrianae reos doctrinae dictam esse sententiam synodalem ab Arriano invidia aspersam.

Auctorem nostrum e Tertulliano pendere (certiorem me faciente reuerendo patre Henrico Brewer e Societate Iesu) serius comperi quam ut id ad locum, cap X ll 114-116 p 342 supra, possem adnotare: confer ad Praxean § 27 (edente Aemilio Kroymann, C. S. E. L. tom xlvii p 282 l 4) 'esuriens sub diabolo, sitiens sub Samaritide, flens Lazarum,' necnon de carne Christi § 9 'esuriit sub diabolo, sitiit sub Samaritide, lacrimatus est super Lazarum.'

confer etiam cum cap XVII l 15, p 346 supra, ad Praxean § 2 'quasi non sic quoque unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substantiae scilicet unitatem'.

APPENDIX X B

Commentarius alter in Symbolum Nicaenum

siue potius in Tomum Damasi papae

Commentarius hicce non est eiusdem cum praecedente momenti: tamen cum et ipse antiquus sit et de auctoritate Tomi Damasiani (supra pp 281-294) idoneus sit testis, locum non recusauit.

codices contuli tres, unum quem ipse inueni, duo de quibus per Alexandrum Souer Oxoniensem nostrum et (intercedente A. Souer) Isidorum Hilberg Austriacum notitia mihi peruenit: scilicet Coloniensem bibliothecae Capitularis lx, fol 108 b INCIPIT DE FIDE SIMBOLI APVD NICEAM EXPOSITIO (codex e duabus constat partibus, quarum altera, foll 1-217, ineunte saeculo nono, altera, foll 218-244, ineunte fortasse saeculo decimo, exarata est); Vaticanum lat. 355, fol 131 b INCIPIT DEFINITIO FIDEI SIMBVLIOVE NICENI CONCILII XLVIII. (saec. ix-x); Karoliruhensem Augiensem xvlii, fol 16 b ITEM DEFINITIO FIDEI SYMBOLIQVE NICENI CONCILII BEATI HIERONIMI PRBRI (Reginberti manu saeculo ix incunte scriptum). in codice Augiensi expositiones fidei undique collectas congegit, suis singulas auctoribus distribuit, Reginbertus notissimus ille librarius: Coloniensis et Vaticanus commentarium sine auctoris nomine praebent, Coloniensis tamen nihil aliud est atque epistularum Hieronymianarum sylloge, in Vaticano excipit libellum 'epistula sancti Hieronimi ad Exuperantium .xlviiii.' unde putandum est uiros aeni Carolini eruditos opusculum ἀνάγνωτον ἀθέσπορον uel inter Hieronymiana inuenisse uel Hieronymum auctorem ipsos finxisse. quam saepe priscae antiquitatis progenies salutem sibi sub tutela siue Hieronymi siue Augustini adepti sit, his solis latebris a labe temporum secunda, nemo non nouit.

Coloniensem correxerunt librarii plures, tum coeui, siue diorthota siue alii (quos siglo col² adhibui), tum recentiores (col³); e recentioribus unus lectiones multas et aliquando bonas introduxit, sed ut puto suo fretus ingenio magis quam codicis alterius auctoritate unde opus eius partim exscripsi, partim praetermisi.

e codicibus noster inrepsit in libros operum S. Hieronymi impressos; quorum librorum familia ceteris et aetate et numero praepollens pendet ex editione principe, quam curante Iohanne Aleriensi episcopo euulgauerunt Romae A. D. 1468, sine anni uel loci notitia, Sweynheim et Pannart [Hain 8551, Proctor 3294; in bibliotheca Bodleiana Auct. VII Q i 2]: tractatus in ordine tertius (scilicet post Rufinum de symbolo et Hieronymum de expositione fidei ad Damasum) auctore et titulo impresso caret, sed in indice ita praedicatur Expositio fidei Niceni concilii in qua filium docet coeternum et consubstantialem patri Arium reuincens et spiritum sanctum docens ab utroque procedere. item sine anni lociue notitia, anno 1470 uel paulo ante, prodiit Neapoli editio Romanae ut ita dicam gemina [Hain 8550, Proctor 6747; Bodl. Auct. VI Q inf. i. 29, 30], ubi tamen tertius Augustini liber aduersus V haereses, noster nonnisi quartus est: titulus in indice idem, in corpore libri Expositio fidei Niceni concilii in qua docet filium coequalem coeternum et consubstantialem patri et Arrium confodit docet quoque spiritum sanctum deum esse et a patre filioque procedere. his uel eadem uel simillima inueneris apud plures libros, exempli gratia Romae 1470, Venetiis 1476, Parmae 1480, Venetiis 1488, Basileae 1489, Norimbergae 1495.

secundam familiam unus quod sciam liber repraesentat, quem sine anni uel loci notitia Argentorati haud post 1469 euulgauit Mentelin [Hain 8549, Proctor 203; Bodl. Auct. VI Q inf. ii 15]; tractatus noster quinquagesimus octauus est in serie, titulum habet Definitio simboli Niceni concilii.

tertia librorum familia nomina Hieronymi et Cyrilli tractatui praemittit: inter quos agmen ducit liber Petri Schoeffer Moguntinus, A. D. 1470 [Hain 8554, Proctor 92; Bodl. Auct. VII Q inf. i 1, 2], tom I fol 40 b, xxiii Iero. Cirillo Alexandrino episcopo explanans symbolum Niceni concilii. epistola nona: quem secuti sunt posteriores, ut Erasmus (Basileae 1516, tom II fol 57, Explanatio fidei ad Cyrillum) et Vallarsi (XI ii 149: titulum repetit Erasmianum). recte monet Vallarsi eum qui Cyrilli

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



carnis eius est adsumptae, quia uere natus est de carne et quia *uere* cum hominibus triginta et plus annos conuersatus est et
 25 uere habebat pati. ideo et uerus homo propter carnem accipitur, et uerus Deus incarnatus est, in carne passus natura passibili non deitatis. haec enim quae
 30 gressis hominibus pati dignatus est Deus per carnem passibilem, ut et diuinitatis eius inenarrandam potentiam in re uisibile praedicatam sentiamus, et BONITATIS
 ROM II 4 EIVS DIVITIAS, id est per passionem
 35 remissa peccatorum, credentes in eum consequamur.

2 Cor viii 9 Quale est igitur malum hoc, ut audeat quis GRATIAM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, quam pro nos fecit, se humilians ut

22. adsubte *vat* uero \mathcal{M} 23. uere
addidi: om codd et edd omnibus \mathcal{M}
 24. conuersa *aug** 25. *tr* et ideo \mathcal{R} 28.
 passibilis *vat* possibili *aug** 29. debu-
 erat: habuerat (*cf l 25 supra*) *vat* caro
 hominis pro transgressis hominibus *col*
 \mathcal{M} : caro hominis transgressis hominibus
aug (col?)* \mathcal{S} caro hominis pro transgressoris
 hominibus *vat* caro hominis transgressoris
 pro hominibus $\mathcal{R} \mathcal{N}$ 31. *tr* et ut \mathcal{R} 32.
 potentiam: penitentiam (*sic*) \mathcal{M} uisi-
 bile *vat*: uisibilem *col** uisibili *col² aug edd*
 33. praedicatam *scripsi*: praedictam *codd*
 $\mathcal{R} \mathcal{S} \mathcal{M}$ peditam *col² \mathcal{N} 35. remissa
codd \mathcal{S}, cf III l 169 infra: remissam (*tr* pec-
 catorum remissam \mathcal{R}) $\mathcal{R} \mathcal{N}$ remissionem
*col² \mathcal{M}; *adhibentur apud antiquos et re-*
missa remissae et remissa remissorum, sed
apud meliores testes (Tertullianum adu.
Marc. iv 18 [480. 13]; Cyprianum passim;
Optatum i 8, v 4) nonnisi remissa fem.;
remissa neut. praebent cum nostro codices
euangeliorum Palatinus (e: Mc iii 29, Luc
i 77, iii 3, xxiv 47) et semel Veronensis (b:
Luc xxiv 47), semel etiam Irenaei interpres
(III xii 2 = Act ii 38). cf A. Souter Study
*of Ambrosiaster p 136***

37. ut: aut *ut uid col** 39. pro
 nos *col* vat*: pro nobis *col² aug \mathcal{R} \mathcal{S} \mathcal{M}
 propter nos \mathcal{N} *tr* se fecit humilians*

40 nos exaltemur, humanis sensibus et uoce
 heretica non solum non intellegere,
 insuper etiam periculosus blasphemiis ad
 inritum eam adducere atque ultro ei
 aduersari, dicente scriptura SCITOTE ENIM 2 Cor viii 9
 45 GRATIAM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI,
 QVONIAM DIVES CVM ESSET PROPTER NOS
 PAVPER FACTVS EST, VT NOS EIVS PAVPER-
 TATE DIVITES EXISTAMVS. absit igitur in
 Filio Dei aliquid plus minusue aut in loco
 50 aut in tempore aut in potentia aut in
 scientia aut in aequalitate aut in sub-
 iectione, cum dicitur hoc ut deitati eius
 ea non carni adscribantur. si enim plus
 minusue aliquid inuenitur—excepto hoc
 55 quod genuit Pater Filium (et excepto hoc
 quod Filius non ex semet ipso natus est
 sed de Patre natus est proprie) non
 in tempore sed semper, non aliunde sed
 de sua substantia, dealitatis proprio
 60 fonte — secundum uerbum eorum, aut
 inuidens aut inpotens Pater, insuper et-
 iam et temporalis *Filius*, agnoscitur. et

Tom Dam
ll 78 79
(p 288 supra)

cf Filastrium
p 368 infra

aug fecit humilians se \mathcal{N} 40. nos
 exaltemur *cum \mathcal{R} haesitans scripsi*: mox
 exaltetur *codd \mathcal{N} mox exaltaretur *col³*
 $\mathcal{S} \mathcal{M}$ 42. blasphemiis *col² \mathcal{R} \mathcal{N}: + et
*codd \mathcal{S} \mathcal{M} 43. eum? *col** 47. ut:
 et \mathcal{N} 48. existamus: existimamus (*sic*)
 $\mathcal{N} \mathcal{S}$ igitur: ergo \mathcal{N} 52. hoc:
 haec \mathcal{R} diuinitati $\mathcal{R} \mathcal{M}$ 53. ea
*col²: eo codd et \mathcal{S} haec et \mathcal{M}; *om \mathcal{R} \mathcal{N}
 ascribatur \mathcal{S} plus minusue (*cf l 49*)
*scripsi cum \mathcal{R} \mathcal{N}: plus minus aut *codd*
 \mathcal{S} plus aut minus *col² plus minusue aut*
 \mathcal{M} 56. exemedipso *vat* a semet ipso
 $\mathcal{S} \mathcal{M}$ 58. non aliunde sed de sua
 substantia: *e Tertulliano (ut uid) adu.*
 Praxean 4 'filium non aliunde deduco sed
 de substantia patris' 59. dealitatis
 proprio fonte *scripsi*: de alia ipsa propria
 forte *vat aug \mathcal{M} de alia ipsa forte propria
col si de alia ipsa propria forte \mathcal{S} si de alia
 et non de ipsa propria forte \mathcal{N} forte (*cel*
*om) \mathcal{R} 61. pater: + putatur \mathcal{M} 62.
 et temporales *col** aut temporalis \mathcal{R} ex-
 temporalis \mathcal{N} filius *suppleui: om codd*********

cum aperte hoc uetet scriptura et excre-
 tur, quomodo temporalem Deum, quem-
 65 admodum gentiles uenerantur, ipsi etiam
 similiter adorant? nam si temporalis est,
 nec uerus potest esse: et si non uerus,
 neque potens omnia. et quid iam huic
 tali Deo credendum est, qui erat ali-
 70 quando quando non erat et ex nihilo
 natus est, dicente scriptura SI AUDIERIS
 ME ISRAHEL, NON ERIT IN TE DEVS RECENS.
 si ergo RECENS, non debet uerus credi:
 si autem sempiternus, quippe hic sempi-
 75 ternus Deus erat qui loquebatur in omni-
 bus sanctis, et legem dedit Moysi in
 monte Syna, et omnia potens et omnia
 sciens, et Adae in paradiso uisus est et in
 praedestinatione carnali futura enuntians
 80 ei, et cum Iacob luctatus est, et (quem-
 admodum humana fragilitas capere
 poterat) condescendens infirmitatibus om-
 nium diuerso rerum genere adparebat,
 aliis in gloria, timoris omnium causa,
 85 aliis in humilitate, eminentis eius boni-
 tatis agnoscendae. si ergo sempiternus
 Filius de Patre est genitus, quippe et

Pslxxx (lxxxix)
 9 10

Tom Dam
 l 83 (p 288)

et edd 63. uetet: notet N excret
 N 64. extemporalem N 68.
 neque: nec S M huic: huc vat*
 72 israhel N M (et col apud cap III 106
 infra): ihl (uide L. Traube Nomina Sacra
 p 109) vat isrl col aug S 73. recens:
 praem deus M 77. synai vat sina aug
 S omnipotens vat* 81. humana
 ... poterat: a Commentario supra im-
 presso—uide cap XVIII l 12, p 346—haec
 mutuatus est noster: confer etiam ll 78-80
 cum cap VII ll 90-96, p 334 82. conde-
 scendens: uide indicem uerborum p 365
 83. diuerso rerum genere adparebat
 scripsi, collato Filastro (uide p 368 infra)
 'diuersis rebus apparens': diuersorum
 genere adprobat vat aug (col*?) S di-
 uerso genere adprobatur col² diuersorum
 genera approbat N M diuersorum genera
 approbatura N 84. in gloriam vat
 N 85. bonitatis agnoscendae:
 subaudiendum causa e l 84, cf l 135

omnia sciens [et] omnia potens et Tom Dam
 omnia saluans, omnia continens, ll 119-121
 (p 291 supra)
 90 omnia iudicans creans, cum Patre
 semper et cum Spiritu sancto. accipe
 igitur quod creatura deus uerus non ib l 81 (p 288)
 potest esse, neque creatura creaturam
 saluare, dicente scriptura ET COLVERVNT Rom i 25
 95 ET SERUIERVNT CREATVRAE POTIVS QVAM
 CREATORI QVI EST BENEDICTVS DEVS IN
 SAECVLA. uides igitur quod paganitatis
 est hoc quam christianitatis.

Et quod non in tempore est natus sed Tom Dam l 75
 100 semper natus erat de Patre, dicit apo- (p 288)
 stolus beatus INVISIBILIA ENIM EIVS A Rom i 20
 CREATVRA MVNDI PER EA QVAE FACTA SVNT
 INTELLECTA CONSPICIVNTVR, TAM SEMPI-
 TERNA EIVS VIRTVS ET DIVINITAS. uides
 105 igitur quod Christus Filius Dei VIRTVS Dei
 est non temporalis sed SEMPITERNVS.

Quod de substantia diuina Patris Tom Dam
 natus est semper, ipse ait Saluator in ll 78 79
 euangelio QVOD NASCITVR DE CARNE CARO Io iii 6
 110 EST, ET QVOD NASCITVR DE SPIRITV SPIRITVS
 EST QVONIAM DEVS SPIRITVS EST.

Et quod uerus Deus est Filius Dei, Tom Dam l 81

88. et 1^o col² N N: om codd S M et
 omnia saluans: om col* (suppl m p?)
 et 2^o: om N 90. tr semper cum patre
 N 91. cum codd R: om N S M tr
 sancto spiritu N; 93. creatura: om vat
 94. saluare (cf l 89): seruare col*, fortasse
 recte 96. deus in saecula: in secula
 deus N in saecula (omisso deus) aug S
 97. paganitatis: de uoce paganitas uide
 quae disputauit p 369 infra 98. tr hoc
 est ut uid col* quam (omisso potius, ut
 nonnumquam apud Plautum, cf cap III l
 157 infra) codd: potius quam N N magis
 quam S M
 99. est: sit N 101. beatus: om N a:
 om aug* 103. tam sempiterna codd
 N S: ita sempiterna N sempiterna quo-
 que M 105. uirtus dei: om col* N
 106. sempiterna col² N
 107. substantia: praem sua S M
 112. deus codd R: om N S M; + spiritus

Io i 9 dicit scriptura ERAT LVMEN VERVM QVOD
INLVMINAT OMNEM HOMINEM VENIENTEM
115 IN HVNC MVNDVM. et iterum ipse euange-
1 Io v 20 lista beatus HIC EST IESVS CHRISTVS DEVS
VERVS.
Tom Dam l 75 Et quod **semper** erat, ait ipse IN
Io i 1 PRINCIPIO ERAT VERBVM ET VERBVM ERAT
120 APVD DEVM ET DEVS ERAT VERBVM.
Tom Dam l 83 Et quod **omnipotens** est Filius om-
nium creator, ait ipse euangelista beatus
Io i 3 OMNIA PER IPSVM FACTA SVNT. si ergo OM-
NIA PER IPSVM FACTA SVNT **uisibilia et in-**
125 **uisibilia**, quomodo dicit ante passionem
Matt xxiv 36 Saluator quod DE DIE ET HORA NEMO
NOVIT, NEQVE ANGELI CAELORVM NEQVE
FILIVS HOMINIS, NISI PATER? adtendens
igitur uides quod propter utilitatem
130 hominum dixit se nescientem praefi-
nitionem, ne negligentiores efficiantur
homines. nam et humilitatis suae causa
hoc dixit (propter carnem passionis, quia
quasi homo hominibus uidebatur) et
135 utilitatis omnium tacuit, res quidem

est et quod uerus deus *per dittographiam* R
est: om R 115. ipse: ipsa col* vat
aug* tr beatus euangelista (et l 122)
col 116. beatus: + iohannes R
119. uerbum 2^o: uerum vat
122. ipsa col*, ut in l 115 tr beatus
euangelista (cf l 115) col 125. dicit:
om col* 126. de die: + illa R 128-
139. libellum de aduentu Domini et de die
et hora *anonymum* (quod Ambrosiastro suo
uindicat A. Souter) imitari uidetur noster,
cf cap p xvii 1-xviii 1 (Journal of Theo-
logical Studies v 239) 'humiliando se'
'praefinita' 'pro utilitate hominum... dice-
ret se nescire' 'neglegentes' 130. praefi-
nitionem ne aug edd: praefinitione ne vat
praefinitione col* ne per praefinitionem col²
131. negligentiores aug 133. hoc: hec R
passionis: passiones col* passibilem M
134. homo: homines col* ; om per homoeo-
arcton vat* (corr m p) 135. utilitatis
(sc causa l 132, cf l 85) scripsi cum S: uti-
litates codd utilitate R R causa utilitatis
M propter utilitates col³ omnium:
hominum R tacuit: + et vat* qui-

gerendas in seculo eis adnuntians atque
enumerans, diem autem et horam non
eis aperiens. quod ergo pro utilitate
nostra tacuit et se humiliavit, non debe-
140 mus ultro ei esse ingrati, et non solum
non intellegentes insuper etiam Iudaico
more et hominem aestimantes, eiusdem
aetatis et ignorantiae et inpotentiae Io viii 57
participem iudicantes quam Iudaei.
145 Quod non diuinitas naturaliter patie- Tom Dam l 89
batur sed caro, ipse ostendit Iudaeis (p 289 supra)
dicens SOLVITE HOC TEMPLVM ET IN TRIBVS Io ii 19
DIEBVS EGO SVSCITABO EVM. et cui hoc
dubium est quod Deus hoc dicebat, id Tom Dam l 89
150 est Filius Dei aeternus, Verbum uiuens ib l 119
Patris, et SAPIENTIA DEI ET VIRTUS DEI I Cor i 24
aeterna et SEMPITERNA, et IMAGO DEI Rom i 20
INVISIBILIS ab inuisibile natus non Col i 15
factus? facta autem est caro et pla-
155 smata in qua Deus erat, quam et in- Tom Dam
dutus erat propter inuisibilitatem [et] ll 89 90
inpossibilitatem uisionis nostrae. neque
enim intrinsecus erat solum, sed ex-
trinsecus et intrinsecus, et in caelis et ib l 86
160 in terra, et omnia continens [et] im-
plens sicut Pater.

dam col* 136. generandas R 137.
enumerans aug col² M: innumeras col*
vat innumeras S insinuans R R 141.
insuper in ras col 142 et: om R R
145. diuinitas: diuitans? col* du|uitans vat
146. ipse ostendit ipse vat 148. ego:
om R eum codd R S (Gr λαὸν . . .
αὐτόν, sed nusquam apud latinos inueni
masculinum): illud R M 149. id est:
et R 150. uiuens col² M: ueniens
codd R R S 151. et uirtus dei: om R
153. inuisibilis: + et R ab inuisibile
(cf l 32) vat: ad inuisibile col* ad inuisi-
bilem col² ab inuisibili aug edd 154.
psalmata S 155. quam codd R S M
(cf Tom Dam): qua col² R 156. et
inpossibilitatem: om per homoeoteleuton
S et col² R R M: om codd 158.
enim: om R 160. et implens sicut
pater scripsi, collato Filastrio Haer. xciii
7 (uide p 368 infra): et implens sicut ni***
(sc nihil, e l 162) col* implens sicut nihil vat

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page



HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

maiestas et bonitas a cunctis hominibus cognoscatur.

Tom Dam l 99 III Quid quod et Spiritum sanctum uerum
ib l 98 Deum inuenimus in scriptura et de Patre proprie esse, et cum Filio et Patre semper *sedere* et regnare et creare

ib l 102 5 et ubique esse et saluare et uiuificare
ib ll 122 121 et peccata dimittere, et omnia compiere et
ib l 121 sanctificare et iudicare et docere, et omnia scire et inhabitare? et quemadmodum Filius Dei ita et Spiritus, per-

ib ll 117 118 10 sona tertia sicut Filii et Patris: tres
ib l 99 enim personae sunt quibus credimus,
ib l 78 uerae, aequales, diuinae unius substantiae, id est de Patre Filius, et
ib l 98 Spiritus proprie et uere de Patre
15 qui prodit.

Primum igitur accipe quod de Patre est proprie et Spiritus sanctus, dicente scriptura VERBO DEI CAELI FVNDATI SVNT ET SPIRITV ORIS EIVS OMNIS VIRTVS EORVM:

Ps xxxi (xxxii) 6 et Saluator ait CVM AVTEM VENERIT PARAC-

Io xv 26 xvi 14 20 CLITVS, SPIRITVS VERITATIS, QVI DE PATRE PROCEDIT, ILLE DE MEO ACCIPIET, QVONIAM IPSE ME GLORIFICABIT ET VENIENS ADVN- TIABIT VOBIS. et soluit statim interpre-

tueantur S M uisibile R 203. a :
om R

III I. Quid quod: Quodquod R et:
per R 3. propria col* tr patre
et filio R M 4. sedere et scripsi: sed
et codd R S M et R 5. ubicumque M
6. implere M 8. quemadmodum filius
dei secunda ita et spiritus persona tertia
et sicut filii spiritus sic et patris col³ 9.
spiritus: + sanctus R S M persona:
+ est R 11. quibus codd edd: in qui-
bus col² quas aug² 12. uere codd edd
uniuscuiusque M 14. spiritus: +
sanctus R M 15. prodit vat aug R S:
procedit col R filioque procedit M
17. et col R: om vat aug R S M 18.
uerbi aug* dei codd R R: domini
S M 18. fundati codd: firmati edd
e Vulg 19. spiritus S 20. paraclytus
vat 21. spiritus: praem disciplina R
23. glorificauit col* vat R adnuntiauit
col* vat 24. tr statim soluit aug*

25 tans Dominus, ostendens primum quidem quod persona sit Spiritus sanctus, dicens ILLE DE MEO ACCIPIET: et ut ne sicuti seruum aut creaturam aut partim potentem monstret, soluit interpretans et dicit IDEO Io xvi 15

30 AVTEM VOBIS DIXI QVOD ILLE DE MEO ACCIPIET quia OMNIA QVAE PATRIS SVNT MEA SVNT. si igitur ea quae Patris [sunt] ea Filii sunt, et OMNIA quae Filii sunt ea omnia Spiritus sancti sunt. nihil ergo in

35 OMNIBVS deest Filio quod non ad eius adtineat potestatem, nihil quod non ab eo factum sit et eius nutu ac moderamine non regatur: cum ergo OMNIA habeat Filius in potestate, in OMNIBVS nihil deest

40 omnium: horum igitur omnium habet potestatem et Spiritus sanctus quorum et Filius. sic enim dicit de Spiritu sancto Saluator ILLE IVDICABIT MVNDVM ET CON- Io xvi 8-11

VINCET ET DOCEBIT DE PECCATO ET DE

45 IVSTITIA ET DE IVDICIO: DE PECCATO QVIDEM QVOD NON CREDIDERVNT IN ME, DE IVSTITIA AVTEM QVONIAM VADO AD PATREM MEVM, DE IVDICIO AVTEM QVOD PRINCEPS HVIVS MVNDI IAM IVDICATVS EST. uides

statim: praem totum R 25. quidem: om
R 26. persona: per se non S 28.
partim potentem col³: partem potentem
col* R partem potens vat in ras (sed m p)
partem aug* R partem pote aug² partem
putemus S M 29. monstret soluit
col²: monstret patrem non persoluit codd
monstret patrem mox persoluit R monstret
patris mox persoluit R monstret patri non
imparem soluit S M dixit R 30.
quod codd R: quia R quoniam S M ac-
cipiet: + et (per dittographiam) codd
32. quae: quaequae aug* sunt col R:
om vat aug R S M, fortasse recte ea
2°: eadem R 33. sunt 1°: om R
et omnia quae filii sunt: om per homoeo-
teleuton R 36. ab eo: habeo vat*
38. cumque ergo omnium habet potestatem
filius R 39. deest vat R: id est col
aug R ei deest S M 40. omnium 1°:
om M 43. iudicauit vat conuincit
codd (- col²) S 48. quod: quia R

50 igitur quod Spiritus sanctus ADVNTIAT
Filius et docet de Filio et de Patre: et
Filius docet de Patre et de Spiritu, et Spi-
ritus sanctus docet de Patre et de Filio.

Trina igitur *deitas* uera est, inenar-
55 randa est, inuisibilis est, omnipotens est,
sese praedicat, sese ADVNTIAT dignan-
ter omni creaturae uisibili et inuisibili,
non ualent' dignanter aut narrare aut
mirari aut comprehendere aut inuesti-
60 gare aut, quemadmodum est, humanis
eam sensibus occupare. constat igitur in-
firmari hominem sanctae uenerandaeque
Trinitatis in enarranda gloria maiestatis
aut potentia. cuius igitur Trinitatis nar-
65 ratio gloriae si excedit, quanto magis
frustrabuntur qui audent inter Patrem et
Filius et Spiritum sanctum aut locum
aut tempus aut aliquam causam humanam
ponentes, qui non solum quid sit deus
70 non intellexerunt, qui nec etiam quid sit

cf Tom Dam
l 113

50. igitur: ergo R 51. docet de filio
et de patre et filius docet de patre et
de spiritu *scripsi*: docet de filio et de
patre (de patre *bis col**, ad finem paginae
et ad sequentis initium) et de spiritu
(+ sancto *vat R*) *codd R* docet de filio et
de patre et de filio et de spiritu sancto S
docet de filio et filius de patre et de spiritu
sancto R filius docet de filio et de patre et
de spiritu sancto M 53. sanctus: om R
de 2^o: om R

54. trina igitur *deitas scripsi*: trina igitur
quia *codd S M* trinitas igitur quia *col³ R R*
57. omni... dignanter (l 58): om per ho-
moeoteleuton *aug* 58. ualenti: ualente
codd R S M ualenti quidem R 61. infor-
mari M 62. que: om M 63. in enarran-
dam gloriam... potentiam *aug* mage-
statis *col** maiestate R M 64. potentie
vat col³ S cuius: huius R M igitur:
+ uim S M trinitas *col** 65. gloriae:
gloria *aug*; om R si excedit: sic
excedat R 68. humanam ponentes
col³: humanam potentis *col²* humana po-
tentis *codd* humane potentie inducere R
humanam ponere R S M 69, 70. quid
bis: quod *bis aug* 70. non *col³ R S M*:

homo adtendere potuerunt. nihil ergo in
Trinitate subitaneum, nihil nuperrimum,
nihil temporale, nihil inpotens, nihil
minus, nihil inaequale. Trinitas uene-
75 randa deprecanda, Trinitas inenarranda
ininuestiganda inconprehendenda.

Et quod inuisibilium rerum fides est, *cf cap II l I*
nobis dicit apostolus EST AVTEM FIDES *supra*
SPERANDARVM SVBSTANTIA RERVM, INVISI-
80 BILIVM EXAMINATRIX: IN HAC ENIM TESTI-
MONIVM MERERVNT SENIORES. et iterum in
euangelio DEVM NEMO VIDIT VMQVAM. et Io i 18
iterum SPIRITVS VBI VULT FLAT ET VOCEM Io iii 8
EIVS AVDIS SED NESCIS VNDE VENIAT ET QVO
85 VADIT.

Quod Deus est Spiritus, dicit Petrus *Tom Dam l 99*
beatus apostolus VT QUID MENTITVS ES Act v 3 4
SPIRITVI SANCTO, ANANIA? NON ES MENTITVS
HOMINIBVS SED DEO: non dixit 'Patri'
90 aut 'Filio' sed SPIRITVI SANCTO. uides
igitur quod Deus est Spiritus sanctus.

Et quod ubique est, dicit sanctus *ib l 102*

om *codd R* qui *codd R*: sed R S M
71. intendere R 72. nuperrimum (in
primum R): uocem rarissimam agnoscit
Priscianus III iii 20 "nuperrimus" etiam
proferebant antiquissimi, non nisi unum
tamen exemplum inuenit *Neue-Wagener³*
ii 188, 213, legem scilicet Constantini impe-
ratoris anni 326 (Codex Theodosianus XV
i 4) 'experimentis nuperrimis.' adde tamen
Filastrum Haer. cx (secundum codicem
alterum) 'alia est haeresis quae dicit
christianos nuperrimos' 73. nihil minus:
praem nihil maius R 76. ininuestiganda
(inuestiganda *aug* R*): laudat *Forcellini-*
de Vit unicum Verecundum Comm. in
canticum Habacuc § 28 (saec. vi) incon-
prehendenda: uocem ad instar ininuesti-
gandus *compositam alibi nusquam inueni*
79. substantia: om R 80. enim: om
R 83. flat *aug R S M*: spirat *col vat*
R cum Vulg 84. sed: et *aug* et:
aut R 85. uadit (*badit vat*: quod
adit? *vat**) *col* vat*: uadat *aug col³ edd*
90. aut: et M sed: aut R spiritui
vat col² aug²: spū *col* aug**

Ps cxxxviii (cxxxix) 7	propheta QVO FVGIAM A SPIRITV TVO, DOMINE, AVT A FACIE TVA QVO VADAM?	ALII LINGVARVM GENERA, ALII INTERPRETA- TIONES IN EO SPIRITV, ALII GVBERNATIO: I Cor xii 28
Tom Dam l 103 Sap i 7	95 Et quod omnia complet [Deus] Spiritus sicut Filius, ait propheta SPIRITVS DO- MINI REPLEVIT ORBEM TERRARVM.	120 HAEC AVTEM OMNIA OPERATVR VNVS ATQVE IDEM SPIRITVS, DIVIDENS OMNIBVS SICVT VULT. non dixit 'sicut iubetur,' sed SICVT VULT: ostendit non creaturam sed
Act xiii 2	Et ita in Actis apostolorum haec dicit Spiritus, iubens SEPARATE MIHI 100 BARNABAN ET PAVLVM AD OPVS QVOD VO- CAVI EOS MITTERE: et iterum apostoli	uerum Spiritum de Deo esse et omnia Tom Dam 125 posse sicut Filium. unde ait statim ll 101 103 apostolus QVEMADMODVM NEMO NOVIT I Corii II (12) HOMINVM QVAE SVNT IN HOMINE NISI SPI- RITVS HOMINIS QVI EST IN EO, SIC ET QVAE SVNT DEI NEMO NOVIT NISI SPIRITVS QVI
Act xv 28	PLACVIT SPIRITVI SANCTO ET NOBIS. et in libro Regnorum dicit Deus in Iudaeis	130 DE DEO EST; SPIRITVS DEI ENIM PERSCRVTA- TVR ETIAM ALTA DEI. uides quemadmo- dum omnia scientem Spiritum sanctum Tom Dam et omnia potentem et ubique esse ll 101-103 et omnia creasse et omnia saluare ib l 122
Osee viii 4 Is xxx 1	105 SPIRITVM MEVM. et in prophetis ita Dominus ISRAHEL CONCITAVIT SPIRITVM DOMINI.	135 sancta nobis scriptura adnuntiat. Vnde et Saluator in euangelio blasphemiam Spiritus sancti NEQVE HIC NEQVE IN FVTVRO hominibus statuit dimittendam, dicens IDEO VOBIS DICO QVOD OMNIS BLAS-
Mic ii 7	Et quod habitet in homine Spiritus sanctus quomodo Filius, dicit et aposto- 110 lus QVONIAM CORPORA VESTRA TEMPLVM EST SANCTI SPIRITVS QVI HABITAT IN VOBIS:	PHEMIA ET OMNE PECCATVM DIMITTETVR HOMINIBVS, BLASPHEMIA AVTEM SPIRITVS SANCTI NEQVE HIC NEQVE IN FVTVRO DIMITTETVR HOMINIBVS. non utique BLAS- PHEMIAM dicebant aliam SPIRITVS SANCTI
I Cor vi 19	et iterum NESCITIS QVONIAM TEMPLVM DEI ESTIS ET SPIRITVS DEI HABITAT IN VOBIS.	140 PHEMIA ET OMNE PECCATVM DIMITTETVR HOMINIBVS, BLASPHEMIA AVTEM SPIRITVS SANCTI NEQVE HIC NEQVE IN FVTVRO DIMITTETVR HOMINIBVS. non utique BLAS- PHEMIAM dicebant aliam SPIRITVS SANCTI
I Cor iii 16	Et quod omnia nouerit Spiritus, dicit 115 apostolus sanctus ita, ALII CUI DATVR PER SPIRITVM VERBVM SAPIENTIAE, ALII VERBVMSCIENTIAE IN EO SPIRITV, ALII FIDES,	145 Iudaei nisi hoc quod aut Deus non erat aut de Deo proprie non est. nam inue-
Tom Dam l 102 I Cor xii 8-II	95. deus spiritus col R: deus vat aug spi- ritus R S M 97. repleuit col R S M: impleuit vat aug R	146 PHEMIA ET OMNE PECCATVM DIMITTETVR HOMINIBVS, BLASPHEMIA AVTEM SPIRITVS SANCTI NEQVE HIC NEQVE IN FVTVRO DIMITTETVR HOMINIBVS. non utique BLAS- PHEMIAM dicebant aliam SPIRITVS SANCTI
	98. in actis: bis col; in actibus R R haec: hoc R 100. Barnabam R R 102. spiritu col* aug, cf l 90 supra 103. regnorum: fallitur noster, apud Osee enim et Isaiam reperiuntur uerba in se- quentibus laudata in iudaeis codd R: in iudaeos S M iudaeis R de iu- daeis col ² 106. dominus: om aug* israhel col: ihl vat isrl aug	147. hic: in hoc R 138. futuro: + se- culo R dimittenda vat 139. tr dico uobis R S M omnis: omne col* 140. dimittitur S 143. tr hominibus dimit- tetur S M 144. dicebant... iudaei R M: dicebat... iudaeis codd R S 145. quod col ² M: om codd R R S aut: om M 146. est: erat col ³ (et col*?)
	109. et: om S M 111. sancti spiritus codd S: tr spiritus sancti R R M 112. et iterum usque ad uobis (l 113): om per homoeoteleuton R nescites col*	
	114. tr nouerit omnia aug spiritus dicit apostolus sanctus: tr spiritus sanctus dicit apostolus R R 115. alii cui col*: alicui R S M alii vat R alii quidem aug col ³ datur: dant R 116. sapientiae alii uerbum: om per homoeoteleuton S 117. eo: eodem aug alii fides... spiritu	

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL MEMBERSHIP

797,885 Books!
All you can read
for only
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



I. Index locorum S. Scripturae

Psalmi xxxii 6	iii 18	Iohannes ii 19	ii 147	ad Corinthios I i 24	ii 151
lxxx 9, 10	ii 71	iii 6	ii 109	ii 10-12	iii 126
cxxxviii 7	iii 93	iii 8	iii 83	iii 16	iii 112
Sapientia i 7	iii 96	v 23	ii 174	vi 19	iii 110
Isaias xxx 1	iii 104	viii 57	ii 143	viii 6	iii 159
Osee viii 4	iii 104	xv 26	iii 20	xii 8-11, 28	iii 115
Michaeas ii 7	iii 106	xvi 8-11	iii 43	ad Corinthios II	
Mattheus xi 27	ii 166	xvi 14	iii 22	viii 9	ii 38, 44
xii 31, 32	iii 139	xvi 15	iii 29	ad Philippenses	
xxiv 36	ii 126	Actus Apostolorum		ii 6-8	ii 177
Lucas ii 52	ii 8	v 3, 4	iii 87	ad Colossenses i 15	ii 152
Iohannes i 1	ii 118	xiii 2	iii 99	ad Hebraeos xi 1, 2	iii 78
i 3	ii 123	xv 28	iii 102	Iohannis epistula I	
i 9	ii 113	ad Romanos i 20	ii 101	v 7	iii 162
i 18	iii 82	i 25	ii 94	v 20	ii 116

II. Index nominum propriorum

Adae (<i>casu datiuo</i>) ii 78	Iudaicus ii 141
Arriani ii 2	Moysi (<i>casu datiuo</i>) ii 76
Iudaei ii 144, 146; iii 145, 147: iudaeis in scripturis iii 148	Syna (<i>casu ablatiuo</i>) ii 77
	Petrus beatus apostolus iii 86

III. Index uerborum et locutionum

(ubi praefigitur asteriscus, uide quae notauimus in apparatu critico, pp 355-363 supra)

abnegare ii 183	iii 78 (<i>de epistula ad Hebraeos</i>), 109, 115, 126: Petrus apostolus iii 87, apostoli ii 173
absit ii 48, 172	
accipere ii 26; iii 150, 152: accipe ii 91; iii 16	apparere (<i>de incarnatione</i>) ii 196: (<i>de theophaniis</i>) ii 83
adnuntiare ii 136; iii 50, 56, 135	
adorare ii 66	*baptisma <i>fem.</i> iii 168
adparere, uide apparere	beatus ii 101, 116; iii 87, 172
adscribere ii 14, 18, 53	bonitas (Christi) ii 33, 85, 203
adsumere (carnem) ii 22	
adtendere ii 128; iii 71	carnalis ii 79
aequalis ii 166, 176; iii 12	caro (<i>frequentissime</i> : corpus <i>non nisi semel</i>)
aequalitas ii 51, 169	ii 3, 4, 13, 18, 19, 22, 23, 26, 27, 29, 31, 53, 133, 146, 188
aestimare (existimare) ii 19, 142; iii 151	causa iii 68: causa <i>abl. cum praecedenti geneti- uo</i> ii 84, 132
agnoscere ii 62, 86	
aperire ii 138	
apostolus (<i>nusquam Paulus</i>) ii 100, 177;	

- christianitas ii 98
 Christus (*rarissime*: uide saluator) ii 38 et
 (e Tomo Damasi?) 105
 condescendere ii 82: condescendere *sensu*
proprio apud Hilarium et Irenaci inter-
pretem, sensu translatiuo apud Ambrosium
primum laudant libri. cum nostro confe-
rendus est Cassianus Collat. ii 13 § 7
 (Thes. Ling. Lat.)
 confusio ii 191; iii 166
 conpositicius iii 156
 conpositus iii 152
 comprehensibilis ii 6
 *conspicabilis (e Gregorio Iliberritano?)
 ii 199
 continere ii 160, 185
 conuersari ii 24
 corpus (*rarissime*) ii 195
 *crealis iii 157
 creare (*de Filio*) ii 90, 187: (*de Spiritu*) iii
 4, 134
 creator (*de Filio*) ii 96, 122
 creatura ii 13, 92, 93; iii 28, 57, 123, 149
 creatus ii 13, 187
 credere ii 35; iii 11, 171: credi ii 69, 73,
 195

 de: Filius de Patre, Spiritus de Patre *passim*:
numquam ex Patre
 debere ii 29: non debet ii 73, 191, non debe-
 mus ii 17, 139
 deitas ii 28, 52, 176
 denegare iii 147
 deus: (1) *de Patre* (*raro, nisi in phrasi*
Filius Dei, Virtus Dei: frequentissime
Pater) ii 176, iii 103, 124, 146; Deus Pater
 iii 153: (2) *de Filio* ii 18, 26, 30, 64, 69,
 75, 92, 96, 149, 155; iii 161: (3) *de Spiritu*
sancto i 19; iii 2, 86, 91, 95, 145, 162
 dicere (*de scriptura*): (1) dicit; Deus iii 103,
 Saluator ii 125, iii 42, Spiritus iii 99, scri-
 ptura ii 113, propheta iii 92, apostolus ii 100,
 iii 78, 86, 109, 114: (2) dicens; Dominus
 soluit dicens iii 26, Saluator statuit dicens
 iii 139: (3) dicente; scriptura ii 44, 71, 94,
 iii 17, Salvatore ii 166, apostolo ii 177: (4)
 dicitur in scriptura; ii 15, 20
 dignanter iii 56, 58
 dignari ii 30
 diuinitas ii 3, 15, 31, 145; iii 163
 dominus (*raro*: uide deus et saluator) ii 15,
 38; iii 25, 106

 eminens ii 85
 enarrare iii 63
 enumerare ii 137
 enuntiare ii 79
 euangelista (*utrobique sine nomine*) ii 115,
 122
 euangelium: in euangelio (*deest nomen*
euangelistae) ii 109; iii 82, 136
 ex (*uide de*): ex se faciens ii 9, ex semet
 se ipso natus ii 56
 excedere iii 65
 excepto hoc ii 54, 55
 execrari ii 63
 extrinsecus ii 159

 facere ii 172: facere gratiam ii 39
 formidans ii 6
 frustrari iii 66

 genus: diuerso genere ii 83
 geri ii 136
 gignere (*numquam generare*) ii 55, 87

 habere: habebat pati ii 25
 hereditatio iii 175
 hereticus ii 41: heretici i 10
 hic talis ii 68
 hoc (*numquam id, illud*) ii 37, 54, 55, 63, 148,
 173, 190; iii 145, 156, 158
 homo: (*de Christo*) ii 16, 17, 25, 29
 humanus: humani sensus ii 40, iii 60: cau-
 sa humana iii 68
 humile ii 21
 humiliare ii 39, 139
 humilitas ii 85, 132

 Iesus (*semel tantum*) ii 38
 igitur (*frequentissime*): uides igitur ii 97,
 105, 129, iii 49, 91; accipe igitur ii 92, iii 16
 ignorantia ii 143
 inaequalis: nihil inaequale ii (20) 163, iii
 74
 incarnatus ii 27
 incognitus ii 164
 *inconprehendendus iii 76
 inconprehensus ii 171
 incorporeus iii 157
 inenarrandus ii 32, 171; iii 54, 75
 infirmari iii 61
 infirmitas ii 82
 ingens ii 165
 inuestigandus iii 76
 immortalis ii 192

- imperfectus ii 162
 impossibilis: impossibile (oculis) suis ii 198
 impossibilitas: uisionis nostrae ii 156
 inpotens ii 20, 61, 163; iii 73
 inpotentia ii 143
 inritum: ad inritum adducere ii 43
 insuper: insuper etiam ii 42, 61, 141 (*confer non solum non*)
 interpretari: dominus soluit interpretans iii 24, 29
 intrinsecus ii 158, 159
 inuenire iii 146: inueniri ii 54
 inuidens ii 61
 inuisibilis i 3; ii 1, 124, 153; iii 55, 57
 inuisibilitas ii 156
 ipse (*pro idem*) ii 115, 118, 122
 iterum: et iterum (*de locis e S. Scriptura laudatis*) ii 115, iii 81, 83, 101, 112

 locus ii 49; iii 67

 martyrrium iii 173
 materia (*e Gregorio Iliberritano?*) ii 199
 minus ii 20, 49, 54; iii 74
 moderamen iii 37
 mysterium ii 201

 narrare (*cf enarrare*) iii 58
 narratio iii 64
 natura ii 27, 187, 199; iii 154
 naturaliter ii 145
 nescire (*cf ignorantia, incognitum, sciens, scientia*) ii 130, 172, 189
 non solum non (intelligere) ii 41, 140; iii 69
 *nuperrimus iii 72

 occupare iii 61
 omnia potens (potens omnia) ii 68, 77, 189; iii 133
 omnia sciens ii 77, 88, 184; iii 8, 132
 omnipotens i 2; ii 121, 184; iii 55

 pagani (*e Tomo Damasi?*) iii 159, *sed gentiles* ii 65
 *paganitas ii 97
 paradus ii 78
 partim potens (*cf omnia potens*) iii 28
 passibilis ii 4, 28, 31
 passio ii 34, 125, 133, 195
 pati i 14; ii 11, 25, 27, 29, 30, 145, 188

 patriarchae iii 172
 perennitas iii 174
 periculosus ii 42
 persona iii 9, 11, 26, 151, 164, 167
 plasmare ii 154
 plus ii 24, 49, 53
 postremo ii 12
 potens: *uide omnia . potens, omnipotens, partim potens*
 potentia ii 32, 50, 202; iii 64, 163
 praedestinatio (*e commentario altero vii 90?*) ii 79
 profinitio ii 130
 procedere (*de Spiritu*) i 19
 prodire (*de Spiritu*) iii 15
 propheta (*de David*) iii 93, (*de Solomone*) iii 96: prophetae (*de XII prophetis*) iii 105
 proprie i 19; ii 57; iii 3, 14, 17, 146
 proprius ii 13, 19, 59; iii 153

 *quam (*pro potius quam*) ii 98; iii 157
 quasi ii 6, 7, 134, 188, 189, 190
 quemadmodum ii 64, 80; iii 8, 60, 126, 131
 *quiescere (*sc mori*) ii 12
 quippe ii 74, 87
 quod (*non quoniam*) *saepissime*, ii 1 *etc*

 *remissa (peccatorum, peccati) ii 35; iii 169
 res ii 1, 32, (83), 135, 191, 193; iii 156

 saluare (*e Tomo Damasi*) ii 89, 94, 186; iii 134
 saluator (*non dominus neque Iesus neque Christus*) ii 2, 14, 108, 126, 166, 174; iii 20, 43, 136
 sanctificare iii 7
 sanctus: s. trinitas iii 62: spiritus s. iii 1, *etc* (sanctus spiritus iii 111): s. propheta (*sc David*) iii 92: apostolus s. (*sc Paulus*) iii 115: s. patriarchae *etc* iii 172: omnes sancti ii 76: sancta scriptura iii 135
 sciens: *uide omnia sciens*
 scientia ii 51
 scriptura: dicitur in s. ii 15, 21: dicente s. ii 44, 71, 94, iii 18: dicit s. ii 113: uetat et execratur s. ii 63: non abnegat s. ii 182: adnuntiat s. iii 135: inuenimus in s. iii 2: iudaeis in scripturis iii 148
 seculum ii 136
 semper natus ii 58, 100, 108
 sempiternus ii 74, 86, 106, 152: *confer temporalis*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Filastrius Haeres

(secundum editionem Friderici Marx
C. S. E. L. xxxviii, Vindobonae, 1898)

lxx § 2 (37. 8) 'res istae [uerbum et caro] in
unum coniunctae pro nostra salute . . .

adsumptionem magis rei uisibilis declara-
bant.'

xciii § 7 (53. 23) 'cum omnia et ipse filius
compleat contineat cum patre et sancto
spiritu.'

[apud Tomum Damasi inuenimus omnia
continere, non autem omnia complere (im-
plere).]

xciii § 8 (54. 4) 'humilitas enituit saeculo et
inenarranda resplenduit bonitas et con-
descensio fragilitatis humanae.'

cxxvii §§ 3, 4 (92. 23) 'non tamen in tem-
pore . . . genitum de patre proprie . . .
cumque patre eum in perpetuum manere
atque semper mansisse . . . ne temporalis
filius aestimetur.'

cxxxvii §§ 6, 7 (108.6) 'patriarchae, pro-
phetae, sacerdotes, iudices, apostoli atque
euangelistae et martyres, qui trinitati
credentes . . . regni caelestis consorti-
um speret.'

cxxxviii §§ 2-4 (109. 2) 'loquebatur de caelo
. . . et apparere dignabatur ut Abrahae . . .
sub Mosis autem diuersis rebus apparens
et quod erat timoris atque terroris in
monte Sina demonstrabat . . .
postea uero in incorporationem apparens
. . . diuersa remedia hominum infirmitati-
bus conferebat.'

clv § 6 (131. 16) condigne ab aliqua creatura
. . . aut humanis quorundam sensibus
conprehendi.'

clvi § 4 (135. 1) 'inque eo apparens corpore.'

noster, ut supra

cap II l 191 rerum quamuis coniunctarum
[coniuncti *codd*] . . . immortalis deus rei
mortalis coniunctus [mortalis coniuncta
codd] est propter nostram salutem.

cap II l 32 diuinitatis . . . potentiam in re
uisibile praedicatam [praedictam *codd*].

cap II l 89. omnia continens . . . cum patre
semper et cum spiritu sancto.

l 160 'omnia continens et implens
sicut pater' [om pater *codd*].

l 184 'omnia complentis omnia con-
tinentis.'

cap III l 95 'omnia complet deus spiritus
sicut filius.'

cap II l 80 'quemadmodum humana fragili-
tas capere poterat condescendens . . . in
humilitate, eminentis eius bonitatis
agnoscendae.'

l 32 'inenarrandam potentiam . . . et
bonitatis diuitias.'

cap II l 55 'genuit pater filium . . . de patre
natus est proprie non in tempore sed
semper . . . secundum uerbum eorum . . .
temporalis filius [om filius *codd*] agnosci-
tur.'

l 196 'in eo [sc corpore] etiam per-
manens in perpetuum.'

cap III l 171 'huic trinitati credentes uere
sancti et beati patriarchae prophetae et
apostoli et martyres . . . spem uitae . . .
et regnum caelorum sunt . . . sortiti.'

cap II l 75 'loquebatur in omnibus sanctis
et legem dedit Moysi in monte Syna . . .
condescendens infirmitatibus omnium di-
uerso rerum genere adparebat [diuer-
sorum genere adprobat *codd*], aliis in gloria,
timoris omnium causa . . .'

cap III l 57 'omni creaturae . . . non ualenti
dignanter . . . aut comprehendere . . .
aut quemadmodum est humanis eam
sensibus occupare.'

cap II l 195 'corporis in quo apparuit.'

FRAGMENTVM VERONENSE

CODICIS BIBLIOTHECAE CAPITVLARIS LI (49) foll. 139-156

SAECVLO SEXTO (FORTASSE SEXTO EXEVNTE) EXARATI

SCILICET

APOSTOLORVM PER CLEMENTEM

CONSTITVTIONES

LIBER VIII CAPITVLA 41-46

ET CANONES

I-XLII [XLVII] XLVII [LII]-LXXVII [LXXXV]

DESCRIPSIT HVIVS OPERIS CAUSA

ANTONIUS SPAGNOLO

BIBLIOTHECARIVS

CANONVM QVI DICVNTVR APOSTOLORVM
SECVNDVM DIVERSOS TESTES SIVE GRAECOS SIVE LATINOS
NVMERI ET ORDINIS CONSPECTVS

Titulum habent: REGVLAE AECLESIASTICAE codex Veronensis; κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἀγίων ἀγίων ἀποστόλων Turrianus; κανόνες τῶν ἀγίων ἀποστόλων Lagarde, cod Patmius; REGVLAE ECCLESIASTICAE SANCTORVM APOSTOLORVM PER CLEMENTEM PROLATAE Dionysius: nihil Funk.

Notaueris continuam esse codicis Veronensis scripturam, neque ullo intervallo inter unum et alterum canonem distingui; id quod in sinistra cuiusque paginae parte fideliter repraesentavi. ne tamen editio non interpuncta aliquid incommodi legentibus haberet, in dextra parte diuisiones, prout res postulabat, canonum singulorum feci et per numerorum seriem ordinavi.

secundum enume- rationem nostram (pp 32 n-hk infra)		Fr. Turrianus	P. A. de Lagarde	F. X. Funk	cod. Patmius POB'	Dionysii I	Dionysii II
1.	Ἐπίσκοπος [τοίνυν] ὑπὸ ἐπισκόπων	1	1	1	1	{	1
	Πρεσβύτερος ὑπὸ ἐνός						2
2.	Εἴ τις . . . παρὰ τὴν ὑπὸ κυρίου	2	3	2	3		3
3.	Τῷ καιρῷ τῷ δέοντι πλήν		{	3			4
	Ἡ ἄλλη πᾶσα ὑπόρα				4	4	5
4.	Ἐπίσκοπος . . . τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα	3	5	5	5		6
5.	Ἐπίσκοπος . . . κοσμικὰς φροντίδας	4	6	6	6		7
6.	Εἴ τις . . . τὴν ἀγίαν τοῦ πάσχα	5	7	7	7		8
7.	Εἴ τις . . . προσφορὰς γενομένης	6	8	8	8		9
8.	Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς	7	9	9	9		10
9.	Εἴ τις ἀκοινωνήτω	8	10	10	10		11
10.	Εἴ τις καθηρημένω	9	11	11	11		12
11.	Εἴ τις . . . ἀφωρισμένος ἦτοι	10	12	12	12		13
	Εἰ δὲ ἀφωρισμένος		13	13	13		
12.	Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι	11	14	14	14		14
13.	Εἴ τις . . . ἀπολείψας τὴν	12	15	15	15		15
	Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρ' ᾧ		16	16	16		16
14.	Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεῖς	13	17	17	17		17
15.	Ὁ χήραν λαβὼν ἢ	14	18	18	18		18
16.	Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος	15	19	19	19		19
17.	Κληρικὸς ἐγγύας διδούς	16	20	20	20		20
18.	Εὐνοῦχος εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας	17	21	21	21		21
	Ὁ ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας		22	22	22		22
19.	Εἴ τις κληρικὸς ὦν ἑαυτὸν		23	23	23		23
20.	Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας		24	24	24		24
21.	Ἐπίσκοπος . . . ὁ πορνεία ἢ	18	25	25	25		25
	Ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ					26	26
22.	Τῶν εἰς κλῆρον παρελθόντων ἀγάμων	19	26	26	26		27
23.	Ἐπίσκοπον . . . τύποντα	20	27	27	27	27	28
24.	Εἴ τις . . . καθαιρεθεὶς δικαίως	21	28	28	28	28	29
25.	Εἴ τις . . . διὰ χρημάτων	22	29	29	29	29	30

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



secundum enume- rationem nostram (pp 32 n-hh infra)		Fr. Turrianus	P. A. de Lagarde F. X. Funk
67.	Σκεῦος ἀργυροῦ ἢ χρυσοῦ	65	73
68.	Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί	66	74
	Eis μαρτυρίαν τὴν κατὰ	67	75
69.	Ὅτι μὴ χρῆ τὸν ἐπίσκοπον	68	76
70.	Ἐάν τις ἀνάπηρος ᾗ	69	77
	Κωφὸς δὲ ὦν καὶ		78
71.	Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ	70	79
72.	Τὸν ἐξ ἔθνῶν προσελθόντα	71	80
73.	Εἶπομεν ὅτι μὴ χρῆ	72	81
74.	Οἰκέτας εἰς κλῆρον	72	82
75.	Ἐπίσκοπον . . . στρατείας ἐπιμένοντα	73	83
76.	Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα	74	84
77.	Ἔστω [δὲ] ὑμῖν πᾶσιν	75	85

Editiones quinque et codicem unum in apparatu laudauī, scilicet

- Ⲛ (pp 32 a-hh) Διαταγαὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, edente Francisco Torres (**Turrianus**), Venetiis, A. D. 1563
- Ⲙ (1p 32 a-n) *Constitutiones Apostolorum*, Lipsiae et Londinii, A. D. 1862, pp 274-281 } edente Paulo
(pp 32 n-hh) *Reliquiae Iuris ecclesiastici antiquissimae graece*, Lipsiae, A. D. 1856, p 20 } de **Lagarde**
- Ⲟ (pp 32 a-hh) *Didascalia et Constitutiones Apostolorum*, edente Francisco Xauerio **Funk**, Paderbornae, A. D. 1905: codices Vaticanos 839 (saec. x-xi), 1506 (saec. xi ineunt.), 2089 (saec. xi) ex eius notulis nonnumquam laudauī, quorum 839 et 1506, me iudice, Turriano praesto erant. saepius cum nostro facit cod. Vat. 1506
- Ⲡ (pp 32 d-n) Διατάξεις τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ χειροτονιῶν διὰ Ἰππολύτου siue *Constitutiones per Hippolytum*, edente Paulo de Lagarde, *Reliquiae* p 14
- ⲡ (pp 32 n-y) **Codex Patmius** coenobii S. Iohannis graecus POB': saec. ix
- Ⲣ (pp 32 n-y) **Dionysii Exigui** interpretationes, secundum editionem nostram; uide ad caput huius Tomi pp 9-32 supra

INCIPIT TEXTVS

(APOST. CONST. VIII 41 : *ed. Lagarde* 274. 26, *Funk* 550. 13)

Graecum authenticum, habita ratione in primis interpretationis fragmenti Veronensis, deinde etiam editionum a Francisco Turriano et Francisco Funk curatarum, ad calcem paginarum singularum subiecti. indicem uocabulorum graecorum, ut scias quomodo singula quaeque latine reddantur, inuenies infra pp 32 jj-nn.

Quod altero caractere Constitutiones, altero Canones Apostolorum, in sequentibus impressi sunt, id ex editore non ex codice pendet: quae enim plus ad opus meum conferebant (scilicet Canones), ea grandioribus litteris distinguenda curavi (pp 32 n-32 hh), quae minus, ea minutioribus (pp 32 a-32 n).

Ubi cumque in col a uncinas < > habes, scias lacunam codicis significari; quae uero italica quam uocant scriptura impressa uides, ea minus certa esse intellegas.

Antiquitatis indicia, siue compendia scriptionis a librario usitata siue uocabula in graecis uertendis ab interprete adhibita, collegi pp ii jj infra.

codicis repraesentatio fol 139 b	textus in integrum restitutus
<p>Fecerit uel inuitus ac propitius et placidus factus connumeret in ora piorum securitatem po- titis in sinus Abraham < > ac 20 et Iacob cum omnibus < > qui a sae- culo placuerunt ac fecerunt uoluntatem ipsius < > ubi effugit dolor ac meror < > mitus sur- gamus sese et inuicem sese per- 25 petuo deo per uerbum quod in ini- tio</p>	<p>‘Fecerit uel inuitus; ac propitius et placidus factus connumeret in ora piorum securitatem po- titis, in sinus Abraham et Isaac et Iacob, cum omnibus qui a sae- culo placuerunt ac fecerunt uoluntatem ipsius, ubi EFFUGIT DOLOR AC MEROR ET GEMITVS’. ‘Sur- gamus. sese et inuicem sese per- petuo Deo per uerbum quod in ini- tio</p> <p style="text-align: right;">Is xxxv 10 Io i 1</p>

18. securitatem potitis: quasi Gr κατατάξη . . . άνειμένοις
 κόλπους Q̄: κόλπον T

19. sinus cod, cum

[MA'] πᾶν ἁμάρτημα ἐκούσιον καὶ ἀκούσιον· καὶ ἴλεως καὶ εὐμενῆς γενόμενος κατατάξη εἰς
 χώραν εὐσεβῶν άνειμένων, εἰς κόλπους Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, μετὰ πάντων τῶν ἀπ’
 αἰῶνος εὐαρεστησάντων καὶ ποιησάντων τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ
 στεναγμός. Ἐγειρώμεθα· ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ αἰδίῳ θεῷ διὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ λόγου

codicis repraesentatio fol 140 a	textus in integrum restitutus	
<p>Conmendemusetepiscopus cat quaturainmortalisacsineter mineaquoomneinmortalead quemortalemfactumes/quira 5 tionabileanimalhominemmu- diciuemmortaleme.rconfecti</p>	<p>conmendemus.' Et episcopus dicat : ' Qui natura immortalis ac sine ter- mine, a quo omne immortale ad- que mortale factum est, qui ra- tionabile animal hominem mun- di ciuem mortalem ex confecti- one fecisti et resurrecti-</p>	<p>de termine uide Tom II p 155 l 73</p>
<p>onempromisisti quienocethe liammortisexperimentumno- concessisti accipere d̄s abraha- 10 et d̄s isaac et d̄s iacob non ut mor- tuorum sed ut uiuentium d̄s es quod omnium animae aput te ui- uunt et iustorum sp̄s in manu tuasunt quos non tangant uer- 15 bera omnes enim sc̄itificati sub tuis manibus sunt ipse et nunc inspicere in seruum tuum illum quem elegisti et suscepisti in al-</p>	<p>onem promisisti, qui Enoc et He- liam mortis experimentum non concessisti accipere, DEVS ABRAHAM ET DEVS ISAAC ET DEVS IACOB, NON ut MOR- TVORVM SED ut VIVENTIVM DEVS ES, quod OMNIVM animae aput te VI- VVNT, et IUSTORVM SPIRITVS IN MANV tua sunt quos NON TANGANT VER- BERA, OMNES enim SANCTIFICATI SVB TVIS MANIBVS SVNT ; ipse et nunc inspicere in seruum tuum illum, quem elegisti et suscepisti in ali- am sortem, et condona ipsi</p>	<p>Matt xxii 32 Luc xx 38 Sap iii 1 Deut xxxiii 3</p>
<p>siquidinuitus uel uoluntate pec- 20 cauit et ad angelos placidos ad- siste ipsi ac dignum ipsum fae- ito sinu patriarcharum et propheta- rum et apostolorum et omnium quia saeculo tibi placuerunt ubi 25 non est meror adque dolor et ge- mitus</p>	<p>si quid inuitus uel uoluntate pec- cauit, et angelos placidos ad- siste ipsi, ac dignum ipsum fae- ito sinu patriarcharum et propheta- rum et apostolorum et omnium qui a saeculo tibi placuerunt, ubi non est MEROR ADQUE DOLOR ET GE- MITVS</p>	<p>Is xxxv 10</p>

5. animal cod, cum I ζῶον: praem τοῦτο Q 6, 18. nonnulla per homoeoteleuton
 utrobique exciderunt, unde colligas lineas archetypi singulas e xxi uel xxii litteris constitisse
 9, 10. deus ter cod, cum I: om 2° 3° Q 10. non ut cod, cum I 8 οὐχ ὡς νεκρῶν:
 praem ὦν Q 15. sc̄itificati: debuit librarius, ut puto, ex exemplari suo scribere
 sc̄itificati, inceperat scribere sc̄ificati 20. ad 1°: librarii σφάλμα 21. dignum... fae-
 ito: quasi Gr καταξίωσον pro κατάταξον 22. patriarcharum scripsi cum Gr: patria... choro cod

παραθώμεθα. καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω Ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος καὶ ἀτελεύτητος, παρ' οὗ πᾶν
 ἀθάνατον καὶ θνητὸν γέγονεν, ὁ τὸ λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον τὸν κοσμοπολίτην θνητὸν ἐκ
 κατασκευῆς ποιήσας καὶ ἀνάστασιν ἐπαγγειλάμενος, ὁ τὸν Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἡλίαν θανάτου
 πείραν μὴ ἐάσας λαβεῖν, ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ, οὐχ ὡς νεκρῶν
 ἀλλ' ὡς ζώντων θεὸς εἶ, ὅτι πάντων αἱ ψυχαὶ παρὰ σοὶ ζῶσιν, καὶ τῶν δικαίων τὰ πνεύματα ἐν
 τῇ χειρὶ σου εἰσὶν ὦν οὐ μὴ ἄψηται βάσανος, πάντες γὰρ [οἱ] ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς χεῖράς σου
 εἰσὶν· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπίδεδε ἐπὶ τὸν δούλόν σου τόνδε, ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου εἰς ἑτέραν
 λῆξιν, καὶ συγχώρησον αὐτῷ εἴ τι ἄκων εἴτε ἐκὼν ἐξήμαρτε, καὶ ἀγγέλους εὐμενεῖς παρά-
 στησον αὐτῷ, καὶ κατάταξον αὐτὸν ἐν τῷ κόλπῳ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν
 ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος σοὶ εὐαρεστησάντων, ὅπου οὐκ ἐνι λύπῃ καὶ ὀδύνῃ καὶ

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access
\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



codicis repraesentatio fol 141 a	textus in integrum restitutus	
Facere autem tertia eorum qui dormierunt in psalmis oratione	facere autem tertia eorum qui dormierunt in psalmis ac oratione	
reum qui post tres dies surxi et nona in admonitionem	propter eum qui post tres dies surrexit; et nona in admonitionem	
5 uiuentium et eorum qui dormierunt et tricensima secundum ueterem dispositionem, Moysen enim	uiuentium et eorum qui dormierunt; et tricensima secundum ueterem dispositionem, Moysen enim	Deut xxxiv 8
ita populus planxit; ac annua memoria ipsius ac detur de substantia ipsius portio pauperibus	ita populus planxit; ac annua pro memoria ipsius: ac detur de substantia ipsius portio pauperibus	
10 in admonitionem ipsius. haec [uero] de piis loquimur, de impiis enim	in admonitionem ipsius. haec [uero] de piis loquimur, de impiis enim	
si omnia quae in mundo dederis pauperibus, nihil prode esse ipsi.	si omnia quae in mundo dederis pauperibus, nihil prode esse ipsi.	
15 cui enim superstiti diuinum inimicum, certum quod et illi si migrauerit;	cui enim superstiti diuinum inimicum, certum quod et illi si migrauerit;	Ps xci (xcii) 16
NON ENIM EST APVT IPSVM INIQUITAS, IVSTVS ENIM DOMINVS ET IVSTITIAS	NON ENIM EST APVT IPSVM INIQUITAS, IVSTVS ENIM DOMINVS ET IVSTITIAS	Ps x (xi) 7
et ECCE HOMO ET OPVS IPSIVS.	et ECCE HOMO ET OPVS IPSIVS.	Is lxii 11 ?
in memorias autem ipsorum uocati cum disciplina aepulamini ac Dei timore, ut qui possitis exorare pro	in memorias autem ipsorum uocati cum disciplina aepulamini ac Dei timore, ut qui possitis exorare pro	
illis qui migrauerunt. presbyteri enim ac diacones Christi constituti,	illis qui migrauerunt. presbyteri enim ac diacones Christi constituti,	
20 sobrii esse debetis semper et in se	sobrii esse debetis semper et in se	
se	se	

1. **facere** *cod*: quasi *Gr* ἐπιτελείσθαι, non ἐπιτελείσθω cum 5 et *Vat* 1506: ἐν ψαλμοῖς καὶ ἀναγνώσεσι (ἀναγνώσμασιν 28) καὶ προσευχαῖς 28 6. **tricensima** *cod recte*, cum *Deut* xxxiv 8 ἔκλασαν . . . Μωσῆν . . . τριάκοντα ἡμέρας et *Vat* 2089: τεσσερακοστὰ 28 5; confer *H. Delehaye* Les origines du culte des martyrs pp 38-40 13. **omnia quae in mundo** *cod ut uid*, sc πάντα τὰ τοῦ κόσμου, *recte fortasse*: omittunt πάντα *graeci quos habemus testes* 14. **prode esse** *cod*, e *Gr* ὀνήσειν: ceteri testes ὀνήσεις 22. **exorare** *cod*: excidit fortasse et ante ex- (*Gr* καὶ πρεσβεύειν), cf i 25 *infra*

MB' ἐπιτελείσθω δὲ τρίτα τῶν κεκοιμημένων ἐν ψαλμοῖς καὶ [ἀναγνώσεσι καὶ] προσευχαῖς διὰ τὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγερθέντα, καὶ ἕνατα εἰς ὑπόμνησιν τῶν περιόντων καὶ τῶν κεκοιμημένων, καὶ τριακοστὰ κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον (Μωσῆν γὰρ οὕτως ὁ λαὸς ἐπένησε), καὶ ἐνιαύσια ὑπὲρ μνείας αὐτοῦ· καὶ διδόσθω ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ πένησιν εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ.

MF' ταῦτα [δὲ] περὶ εὐσεβῶν λέγομεν· περὶ γὰρ ἀσεβῶν ἂν [πάντα] τὰ τοῦ κόσμου δῶς πένησιν, οὐδὲν ὀνήσεις αὐτόν. ᾧ γὰρ περιόντι ἐχθρὸν ἦν τὸ θεῖον, δῆλον ὅτι καὶ μεταστάντι· Οὐ γὰρ ἐστὶν ἀδικία παρ' αὐτῷ, Δίκαιος γὰρ ὁ κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν· καὶ Ἴδου ἄνθρωπος καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ.

MD' ἐν δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι μετὰ εὐταξίας ἐστιᾶσθε καὶ φόβου θεοῦ, ὡς δυνάμενοι καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν μεταστάντων. πρεσβύτεροι γὰρ καὶ διάκονοι Χριστοῦ ὑπάρχοντες, νήφειν ὀφείλετε πάντοτε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς

codicis repraesentatio fol 141 b	textus in integrum restitutus	
<p>Et in alios ut possitis inmoderatos docere dicit autem scribitur a po- tentes fervore concitantur uinum ne potent ut ne postquam uiberint 5 obliuiscantur sapientiam et r- te iudicare non possint igitur et presbyteri ac diaconi post Deum omnipotentem ac dilectum filium ipsius potentessunt aeclesiae 10 hoc enim dicimus non ut minime uiba aliter enim iniuriam est facere dei facturae quae in laetitiam est sed ne uinolenti fuerint non enim scribitur dixit minime po- 15 tare uinum sed quid ait? uinum non uibere in ebriaetatem rum sentes pullulanti man- ebri hoc autem non de clericis dicimus tantum sed de omni etiam 20 plebeio christiano super quo inuoca- tum est nomen domini nostri Iesu Christi et ipsis enim dictum est cui uacuit multus cunctis sollicitudo cuiusliuidi oculi conuersiones 25 superuacuae nonne eorum qui</p>	<p>et in alios ut possitis inmoderatos docere. dicit autem scribitur PO- TENTES FERVORE CONCITANTVR : VINVM NE POTENT, VT NE POSTQVAM BIBERINT OBLIVISCANTVR SAPIENTIAM ET REC- TE IVDICARE NON POSSINT : igitur et presbyteri ac diaconi post Deum omnipotentem ac dilectum Filium ipsius POTENTES sunt aeclesiae. hoc enim dicimus, non ut minime bibant (aliter enim iniuriam est facere Dei facturae quae IN LAETITIAM est), sed ne uinolenti fuerint. non enim scribitur dixit minime po- tare uinum, sed quid ait? VINVM NON BIBERE IN EBRIAETATEM, et ite- rum SENTES PULLVLANT IN MANV EBRI. hoc autem non de clericis di- cimus tantum, sed de omni etiam plebeio christiano super quo inuoca- tum est nomen domini nostri Iesu Christi : et ipsis enim dictum est CUI VAE? CUI TV- MVLTVS? CUI TEDIVM, SOLLICITVDO? CUIVS LIVIDI OCVLI? CUI CONTRITIONES SVPERVACVE? NONNE EORVM QVI</p>	<p>Prou xxxi 4 5 (xxiv 72 73)</p> <p>Ecclus xxxiv 27 (xxxii 35)</p> <p>Agg i 6</p> <p>Prou xxvi 9</p> <p>Prou xxiii 29 30</p>

2. **potentes** *cod*² : potens *cod** 7. **deum** : rarissime sine compendio uel suprascripta lineola (d̄m̄ d̄eum̄) in codicibus antiquis scriptum; sed cf w 5 x 14 infra 10. **enim** *cod* : legendum fortasse autem cum Gr δέ 11. **iniuriam est facere** *cod*, cum ⚡ ἔστιν ὑβρίσαι, cf καὶ ἔστιν ὑβρίσαι ⚡ : οὐκ ἔστιν ὑβρίσαι ⚡ ⚡ 13. **fuerint** (malis fortasse sint) *scripsi* : erint *cod* 16. **bibere** *cod*, cum ⚡ et Vat 1506 πίνειν : πίνε ⚡ ⚡ ⚡ 18. **de clericis** *cod*, cum Vat 1506 περὶ τῶν κληρικῶν : περὶ τῶν ἐν κλήρῳ ⚡ ⚡ ⚡ ⚡

καὶ πρὸς ἑτέροισι, ἵνα δύνησθε τοὺς ἀτακτοῦντας νουθετεῖν. λέγει δὲ ἡ γραφή Οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσὶν· οἶνον μὴ πινέτωσαν, ἵνα μὴ πίνοντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας καὶ ὀρθὰ κρίνειν οὐ μὴ δύνωνται· οὐκοῦν καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι μετὰ θεὸν τὸν παντοκράτορα καὶ τὸν ἠγαπημένον αὐτοῦ υἱὸν δυνάσται ὑπάρχουσι τῆς ἐκκλησίας. τοῦτο δὲ φαμεν, οὐχ ἵνα μὴ πίνωσιν (ἄλλως γὰρ ἔστιν ὑβρίσαι τὸ ὑπὸ θεοῦ γενόμενον εἰς εὐφροσύνην), ἀλλ' ἵνα μὴ παροινῶσιν· οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφή μὴ πίνειν οἶνον, ἀλλὰ τί φησιν; Μὴ πίνειν οἶνον εἰς μέθην· καὶ πάλιν Ἄκανθαι φύονται ἐν χειρὶ μεθύσου. τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῶν κληρικῶν μόνον φαμέν, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς λαϊκοῦ χριστιανοῦ ἐφ' οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτοῖς γὰρ εἴρηται Τίτι οὐαί; τίτι θόρυβος; τίτι ἀηδία καὶ λέσχαι; τίτινος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; τίτι συντρίμματα διακενῆς; οὐ τῶν

codicis repraesentatio fol 142 a	textus in integrum restitutus
Tardantinuinoetexplorantium ubiconuiuafunt deillisquipersecunturetfugiuntpropter	TARDANT IN VINO ET EXPLORANTIVM VBI CONVIVIA FIVNT? De illis qui persecuntur et fugiunt propter
fidemquodauxiliomadipiscantur 5 persecutospropterfidemeturbe exurbemfugientesquodmemo)bentdñiuerbasuscipiscien tesenimquodspsparatuscaro)mdebilitatelaboratfugiunt 10 acrapinamsubstantiaepropo nuntutinnegatuminsesenome xpiconseruentministrateigitur ipsisquae adusummandatum dñicumimplentesquodunusquis 15 queinquadestinatusesetsortede betcontemptusordinemcustodi resedminimesaperesibiquae nonsuntconmissahocautemo nescommuniteredicimusunum 20 quemquecontemptumesseor dinesibidatoetnontransireli mitesnonenimsuntnostriseddñi suntquiauditenimuosdñisait meauditetquimeauditaudit 25 eumquimemisitetquiuoscon temnit	fidem, quod auxilium adipiscantur. Persecutos propter fidem et urbem ex urbe fugientes quod memo- ria habent Domini uerba, suscipi; scien- tes enim quod SPIRITVS PARATVS CARO AVTEM DEBILITATE LABORAT, fugiunt ac rapinam substantiae propo- nunt ut innegatum in sese nomen Christi conseruent. ministrare igitur ipsis quae ad usum, mandatum Dominicum implentes. Quod unusquis- que in qua destinatus est sorte de- bet contentus ordinem custodi- re sed minime sapere sibi quae non sunt comissa. hoc autem om- nes communiter edicimus, unum- quemque contentum esse or- dine sibi dato et non transire li- mites; non enim sunt nostri, sed Dei sunt. QVI AVDIT enim vos Dominus ait ME AVDIT, ET QVI ME AVDIT AVDIT EVM QVI ME MISIT, ET QVI VOS CON- TEMNIT

